OPERAPHILOLOGICA. joy fcripta legi quidem merentur , & quum exoterica Hnt , quandatn imperfed\aro dant tironibus ideam fcientia! , led in intima raro pénétrant, Conira res in Hobbio habet , it tironibus noxius » provedlis peruiilis | quum habcaC non pauca profunda, fed multis milia minime tolerandis. Quamquam habeant âe Pufendorfitu fie Lockius quaedam , contra quae tirones przmuniri oportet. Nam falfilllma docet Pufendorfùu de arbitratia origine veritatum moralium , tanquam a voluntaie elfent , non natura , itemque de fundamento Juris a lege vel coadlione. Et Lockius ideas fie veritates infltas non redlètollit, fie de mentis humanac natura tenuiter phildbphatur , quia fie ea agit, qu« principia evertunt, unde ejus immortalitatem comprobes, dum materiam cogiiare polTe fufpicatur. Ut alia taceam a me aliquando rogatu amicorum animadverlà. S'piritiui Gallus libro de falfîtate virtutum omnia in pejus interpretando , malos , quos dngit , facit. Curiefii etiam’ de alTedlibus libellum non ufque adeo fpernendum putem , fie Poireti judici» in talibus minime defero. Etfi CmicJius niagis id egerit in eo libello, ut cauflàs phyficas explicaret palSonum , quàm ut prxcepta morum tra'’-jfleret. Adjedlum iis quas communicafli mecum tuis carmen ad te Domini Fafchii , quo te tuo merito célébrât , admonet me , ut de fuccelTibus ejus queram. rraster alia non Ipernenda in ipfo valet peculiati ufu manuferiptorum Codicum fequioris asvi , ledlu plerumque diilicilium. Talis quum nuper mihi obtigerit , nec fit hic ad manum , qui ïam promtè fie redlè exferibere poffit , oefeio an ad opem ejus confugere adhuc liceat , idque beneticio tuo intdligere fpero. Vale fie &ve. Daham Hmov, lü. Aug. 1707. E P I S T O L A IV. I. Dt Clemente Potuifice. Il, Millio & Opitio. III. Roftrita , atque jÿ IV. Arndii Potyhiftore poëtico. 1. T7 Xcurfiuncula non nihil refponnonem meam tardavit. Nam Serenif’ l_j limas Eledlricis cornes Guelfcrbytum profedlus fum , inde CalTellas adivi , redux olEcio meo fatisfacio. Non video quomodo Dn. Schukjus tuus Ctementem II. Pontilicem Romanum Marchicis vindicare polfic , li Tfntzxiii fententiam l'equitur , qui eum Halberftadenfi traélui mecum adferibit. Hâlberlladenfes enim Marchicis accenferi poffe non puto , quamvit eumdem hodie Principem agnofeunt. II. Joh. MilUum Anglum audio fuas editioni Novi Tellamenti vix lèptimanis aliquot fupervixiflè. Opitium vefirum fpero melius honore fie commodo fui laboris fniiturum. III. Rofiriiit Poëtrias Saxonicas perantiquas carmina a Dn. Scbunifleifchio juniore prelo reddita videris opinor. Non habuit poëma ineditum ejufdem de

fundatione Gaiidersheimenfis ccenobii , quod in manus roeat vetom. y. Qq nit. Digitized by Google



ſcripta legi quidem merentur , & quum exoterica ſint , quandam imperfectam dant tironibus ideam ſcientiæ , ſed in intima rarò penetrant. Contra res in *Hobbio* habet , is tironibus noxius , provectis perutilis , quum habeat non pauca profunda , ſed multis miſta minimè tolerandis. Quamquam habeant & *Pufendorfius* & *Lockius* quædam , contra quæ tirones præmuniri oportet. Nam falſiſſima docet *Pufendorfius* de arbitraria origine veritatum moralium , tanquam a voluntate eſſent , non natura , itemque de fundamento Juris a lege vel coactione. Et *Lockius* ideas & veritates inſitas non rectè tollit , & de mentis humanæ natura tenuiter philoſophatur , quin & ea agit , quæ principia evertunt , unde ejus immortalitatem comprobes , dum materiam cogitare poſſe ſuſpicatur. Ut alia taceam a me aliquando rogatu amicorum animadverſa. *Spiritius* Gallus libro de falſitate virtutum omnia in pejus interpretando , malos , quos fingit , facit. *Carteſii* etiam de affectibus libellum non uſque adeo ſpernendum putem , & *Poireti* judicio in talibus minimè defero. Etſi *Carteſius* magis id egerit in eo libello , ut cauſſas phyſicas explicaret paſſionum , quàm ut præcepta morum traderet. Adjectum iis quæ communicaſti mecum tuis carmen ad te Domini *Faſchii* , quo te tuo merito celebrat , admonet me , ut de ſucceſſibus ejus quæram. Præter alia non ſpernenda in ipſo valet peculiari uſu manuſcriptorum Codicum ſequioris ævi , lectu plerumque difficilium. Talis quum nuper mihi obtigerit , nec ſit hic ad manum , qui tam promtè & rectè exſcribere poſſit , neſcio an ad opem ejus confugere adhuc liceat , idque beneficio tuo intelligere ſpero. Vale & fave. *Dabam Hanov.* 18. *Aug.* 1707.

## EPISTOLA IV.

I. *De* Clemente *Pontifice.* II. Millio & Opitio. III. Roſwita , *atque* IV. Arndii *Polyhiſtore poëtico.*

I. EXcurſiuncula non nihil reſponſionem meam tardavit. Nam Sereniſſimæ Electricis comes Guelferbytum profectus ſum , inde Caſſellas adivi , redux officio meo ſatisfacio. Non video quomodo Dn. *Schulzius* tuus *Clementem II.* Pontificem Romanum Marchicis vindicare poſſit , ſi *Tentzelii* ſententiam ſequitur , qui eum Halberſtadenſi tractui mecum adſcribit. Halberſtadenſes enim Marchicis accenſeri poſſe non puto , quamvis eumdem hodie Principem agnoſcunt.

II. *Joh. Millium* Anglum audio ſuæ editioni Novi Teſtamenti vix ſeptimanis aliquot ſupervixiſſe. *Opitium* veſtrum ſpero melius honore & commodo ſui laboris fruiturum.

III. *Roſwitæ* Poëtriæ Saxonicæ perantiquæ carmina a Dn. *Schurtzfleiſchio* juniore prelo reddita videris opinor. Non habuit poëma ineditum ejuſdem de fundatione Gandersheimenſis cœnobii , quod in manus meas ve-



Digitized by Google

5o« O. G. L E I B N I T I I nit. (h) Notstu dlgnjtn eft , quod Rofiriu verfus elifionibus carere folent y quod me quoque puerum aliquando in poëmate afTed^tTe nüper ad te icii* bere memiiii. IV- Polyhift jtem poëticum Cl. AmMi , Prof, lloftochienfis augere poterutit colledlione* me* hifloric* , quibus infcrii poé(* etfi femibarbari • tamen non vulgares nec inutiles ad Hidoriam : Poëta Saxo de geflis Curoli M. Anonyttius de vita BtrrnfJixii maj >ris , Donnito de vita Mathiliüi , Prindpii Italie*, Paparum amie*, &c Guilielmus Apulus de geflis Normannorum in Apulia 6e Sicilia. Hi omnes primo Tomo extant , multo emendatioret plerique . quàm ha^enus. Secundus Tomut habebit novum poëma Ro'iriti , tum aliquot poëmata hiflurica lingua vetere inferioris Saxoni* anre JOO. annot cireiier conferipta , omnia nondum édita. Pro communicaiione novorum litierariorum multas gratias ago. Quod fuperefl , vale 6c fave. Dubam Hanovera 12. 0(ï. 1707. EPISTOLA V. 7. De Foëiit Ù Foêtxrum juJicibus. IL De S. H. Mufro & aliis. III. Gailorum perverfa eU Germanis juJicia funt fpernenda. IV. De meritis Gertnalurum in rem liuerariam , K. GaUic* plebit contra Germanot praoceupato anime. L ü Legantibus tui ingenii , tu*que do<£lrin* fpeciminibus impenfe deXZi leâor , quibus plurimum , ut par efl , tribuo ; coque magis , quod hoc genus erudiiionis , quo pr*flas , quodammodo in defiietudinem abire videtur. Certè 6t Poëtas 6e bonos Poëiarum judices ubique jam defldc' ramus. Jo/I Scaliger judicium iJpfii contra Medeam Senecee rejiciens , de Poëtis judkare negat elTe , nifi Poët* , ejurque excellentis. 11. Confultiflîmi viri Simonit Henrici Mufti pro Czfar^rationem contra Roman* curi* iniquas reciiationes , non tantum dodlam 6e elegantem , fed 6e fjndatam^ argumentis reperi» , 6e Clariinmi Viri Job. Burcardi Mau programma in Hifloriam Auguflam a Carolo Af>^no ad noftra tempera deduÂam , de ipfo opéré plurimum nos exfpedlare jubet. Cl. Rh nferdut EuJfebiiim 6e Hirronymum male habitos queflus , credo Chronicon Eufèbianum intelligit , quod Hieronymus latinuin fecit. Ejus alicubi exemplaria manuicripta habfre n >n dubito , 6e in ('*farea in primis Bibliotheca. Puto etiam , Guelfeiby ti efle Codicem Profperi , qui continuavit. ^ 'mines Galli , qui^ Geirnanos fpernunt , non refutandi , meo juc'^nterntu inepiiarum fiiarum admunendi funt. Itaque fi me audiflet Cramerui , vir eximius , flulium Bouhurfii judicium , a juvene olim proJü t! iT Tcïer.^ Digitized by Google

nit. (*b*) Notatu dignum eſt, quod *Roſwitæ* verſus eliſionibus carere ſolent, quod me quoque puerum aliquando in poëmate affectaſſe nuper ad te ſcribere memini.

IV. Polyhiſtorem poëticum Cl. *Arndii*, Prof. Roſtochienſis augere poterunt collectiones meæ hiſtoricæ, quibus inſerti poëtæ etſi ſemibarbari, tamen non vulgares nec inutiles ad Hiſtoriam: Poëta Saxo de geſtis *Caroli M.* Anonymus de vita *Berengarii* majoris, *Donnizo* de vita *Mathildis*, Principis Italicæ, Paparum amicæ, & *Guilielmus* Apulus de geſtis Normannorum in Apulia & Sicilia. Hi omnes primo Tomo extant, multo emendatiores plerique, quàm hactenus. Secundus Tomus habebit novum poëma *Roſwitæ*, tum aliquot poëmata hiſtorica lingua vetere inferioris Saxoniæ ante 300. annos circiter conſcripta, omnia nondum edita. Pro communicatione novorum litterariorum multas gratias ago. Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Hanoveræ* 12. *Oct.* 1707.

## EPISTOLA V.

*I. De Poëtis & Poëtarum judicibus. II. De* S. H. Muſæo *& aliis. III. Gallorum perverſa de Germanis judicia ſunt ſpernenda. IV. De meritis Germanorum in rem litterariam, & V. de Gallicæ plebis contra Germanos præoccupato animo.*

I. ELegantibus tui ingenii, tuæque doctrinæ ſpeciminibus impenſe delector, quibus plurimum, ut par eſt, tribuo; eoque magis, quòd hoc genus eruditionis, quo præſtas, quodammodo in deſuetudinem abire videtur. Certè & Poëtas & bonos Poëtarum judices ubique jam deſideramus. *Joſ. Scaliger* judicium *Lipſii* contra Medeam *Senecæ* rejiciens, de Poëtis judicare negat eſſe, niſi Poëtæ, ejuſque excellentis.

II. Conſultiſſimi viri *Simonis Henrici Muſæi* pro Cæſarea orationem contra Romanæ curiæ iniquas recitationes, non tantum doctam & elegantem, ſed & fundatam argumentis reperio, & Clariſſimi Viri *Joh. Burcardi Maii* programma in Hiſtoriam Auguſtam a *Carolo Magno* ad noſtra tempora deductam, de ipſo opere plurimum nos exſpectare jubet. Cl. *Rh nferdus Euſebium* & *Hieronymum* male habitos queſtus, credo Chronicon Euſebianum intelligit, quod *Hieronymus* latinum fecit. Ejus alicubi exemplaria manuſcripta habere non dubito, & in Cæſarea in primis Bibliotheca. Puto etiam, Guelferbyti eſſe Codicem *Proſperi*, qui continuavit.

III. Homines Galli, qui Germanos ſpernunt, non refutandi, meo judicio, ſed contemtu ineptiarum ſuarum admonendi ſunt. Itaque ſi me audiſſet *Cramerus*, vir eximius, ſtultum *Bouhurſii* judicium, a juvene olim pro-

(*b*) *Roſwitæ* carmen de primordiis cœnobii Gandersheimenſis T. II. Scriptorum Brunſvicenſium a *Leibnitio* editorum p. 319. deprehenditur.

Digitized by Google

OPERA PHILOLOGICA. 507 prore£h]tn , pene viginti poft annos non refodiffet , aut refutationia honore dignatua fuillcc « quum & aliua Gallua , Vir gravis 1 libello , cui titulus : Sentimens de Cleanthe fur les Etareiiens <[Arijie Ù dEugene , flaiim Germanorum cauflàm egiflèt. Audaculus ille & in Cocceium , patria Bremenfem , iniquus > quetn memoras , nefcit ab antiquis temporibus celebratum fuifle Saxonum ingenium. Id ex Sidonio ApoUimri (<•) & ex anonymo Ravennate {d) difci poteft > quorum loca funt inter Excerpta Scriptoruni Brunfvicenfia illuflrantium. Memini etiam locum Hincsmri obfervare , qui de nePcio quo y religionis capite cum Epifcopo Saxone contulerat , nec dilTtmulat , Saxonem velocitate quadam ingenii , propria fux genti , plurimum fibi negotii ft .ifle. Quancus tamen fùerit ÈRncmjtnu , nemo neicit, Sufpicor , Saxonem Epifcopum fuiflè AItJridum Hildeshemenfèm. (e) IV. Interea , diffimulatts iiividorum calumniis> mérita Germanorum in rem litterariam referri in litteras 1 operæ pretium foret ; fine contemtu aliorum aut invidiofis comparaiionibus. Stet fua cuique laus , certemusque | ut currentes in fiadio , quos fibi mutuo injurios eflè « aut rémoras objicete fas non eft. Egregium aliquid in eo gencre haud dubie Morhojius præfUturus erat : Si iàta , Deusque fmebant. Nunc ab alio excipi lampada velim t nec dubitem > a te , Vir egregie y aliquid prarclarum in eo quoque genere datum iri , fi animum eà vettas. V. Gallica: plebis contra Germanos prasoccupatus animus potiflimum ex vitiis & ineptiis Germanorum adolefcentum ortum habet , qui ridiculo parentum confilio crudi a fchola , expertesque omnts boni moris in Galliain ablegantur , ubi iterum in pueritiam vel infantiam , unde vix exiere , revolvuntur. Propemodum enim infâns efl , qui fari nefcit. Ita vel filere coguntur > vel fermone fuo rifum excitant. Praeierea ab hominibus lucri cupidis variis artibus circumveniuntur. Taies funt , de quibus Gallica proverbia innotuere : veluti , querelles <t Allemand , & vous me prenez, pour un Allemand. Quid enim ab imperitis juvenibus , iifque in alienam gentem , tamquam in novum orbem , fubito delatis grave aut reélum expefles ? Quod iûperefi) vale & fave. Dabam Hanov. 30. Sept, 1708. Q q 2 E P Inaliones vetocijffimos projert hommes. (e) Hittcmoruj Rhemenlù in cpiAoU ad Ludovicum Germaniæ Rrgem n. VIII. Tom. porter. Oper. ed. Parité 1^4;. p. i ji. Ir.ierrcgafiis , inquit , ipiid phi vellei , quod in Ifaimo ejMitur i Herodii domtu dus tft eorum. Ad çiu fruoecufons voccm meam. Kl Suxo genere ac fer hoc naiuralis frudentim fuaiim me faratior in

fermone AlUridut V(| nerandus £fifo[«s dixit , ^e. (e) Sidoniur Apotlinaris lib. VTII. ep. 6. Saronum , inqittt > quoi remiges viderii , 10tidem te cermre futei arehitiraiai , ita Jimul omnet imjerans , parent , doeent , dfewn latrocinari. (d) Chorographns Ravennas lib. IV. cap. ij. Iterum , inquit» juxta ipfos Serdefennot Laffontt litui Oceani ejl falria , qua iieimr Dania , qua pairtify ut ail fupraferiftui Eiihanaridus F.ldevaldus & Marcominu Cothorum fhilojopbut fapra omnei

profectum, pene viginti poſt annos non refodiſſet, aut refutationis honore dignatus fuiſſet, quum & alius Gallus, Vir gravis, libello, cui titulus: *Sentimens de Cleanthe ſur les Entretiens d'Ariſte & d'Eugene*, ſtatim Germanorum cauſſam egiſſet. Audaculus ille & in *Cocceium*, patria Bremenſem, iniquus, quem memoras, neſcit ab antiquis temporibus celebratum fuiſſe Saxonum ingenium. Id ex *Sidonio Apollinari* (*c*) & ex anonymo Ravennate (*d*) diſci poteſt, quorum loca ſunt inter Excerpta Scriptorum Brunſvicenſia illuſtrantium. Memini etiam locum *Hincmari* obſervare, qui de neſcio quo, religionis capite cum Epiſcopo Saxone contulerat, nec diſſimulat, Saxonem velocitate quadam ingenii, propria ſuæ genti, plurimum ſibi negotii feciſſe. Quantus tamen fuerit *Hincmarus*, nemo neſcit. Suſpicor, Saxonem Epiſcopum fuiſſe *Altfridum* Hildeshemenſem. (*e*)

IV. Interea, diſſimulatis invidorum calumniis, merita Germanorum in rem litterariam referri in litteras, operæ pretium foret; ſine contemtu aliorum aut invidioſis comparationibus. Stet ſua cuique laus, certemusque, ut currentes in ſtadio, quos ſibi mutuo injurios eſſe, aut remoras objicere fas non eſt. Egregium aliquid in eo genere haud dubie *Morhofius* præſtiturus erat:

Si fata, Deusque ſinebant.

Nunc ab alio excipi lampada velim, nec dubitem, a te, Vir egregie, aliquid præclarum in eo quoque genere datum iri, ſi animum eò vertas.

V. Gallicæ plebis contra Germanos præoccupatus animus potiſſimum ex vitiis & ineptiis Germanorum adoleſcentum ortum habet, qui ridiculo parentum conſilio crudi a ſchola, expertesque omnis boni moris in Galliam ablegantur, ubi iterum in pueritiam vel infantiam, unde vix exiere, revolvuntur. Propemodum enim infans eſt, qui fari neſcit. Ita vel ſilere coguntur, vel ſermone ſuo riſum excitant. Præterea ab hominibus lucri cupidis variis artibus circumveniuntur. Tales ſunt, de quibus Gallica proverbia innotuere: veluti, *querelles d'Allemand*, & *vous me prenez pour un Allemand*. Quid enim ab imperitis juvenibus, iiſque in alienam gentem, tamquam in novum orbem, ſubito delatis grave aut rectum expectes? Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Hanov.* 30. *Sept.* 1708.



(*c*) *Sidonius Apollinaris* lib. VIII. ep. 6. *Saxonum*, inquit, *quos remiges videris, totidem te cernere putes archipiratas, ita ſimul omnes imperant, parent, docent, diſcunt latrocinari.*

(*d*) Chorographus Ravennas lib. IV. cap. 13. *Iterum*, inquit, *juxta ipſos Serdefennos Lappones litus Oceani eſt patria, quæ dicitur Dania, quæ patrem, ut ait ſupra ſcriptus* Eithanaridus *&* Eldewaldus *&* Marcomirus *Gothorum philoſophus ſupra omnes nationes velociſſimos profert homines.*

(*e*) *Hincmarus* Rhemenſis in epiſtola ad *Ludovicum* Germaniæ Regem n. VIII. Tom. poſter. Oper. ed. Pariſ. 1645. p. 152. *Interrogaſtis*, inquit, *quid ſibi vellet, quod in Pſalmo canitur*; Herodii *domus dux eſt eorum. Ad quæ præoccupans vocem meam, ut Saxo genere ac per hoc naturalis prudentiæ ſuatim me paratior in ſermone* Altfridus *venerandus Epiſcopus dixit, &c.*

Digitized by Google

|08 G. G. L B 1 B N I T I I EPISTOLA VL Leibiûtiui Bulchü MSe. de Reformatwne monafleriorim ex 'Asademici Kilottienfi Bibliotheca muimm expetit. QUi ob doâa tua & elegantia dono mifla gratiaa debeo , atque etiam nunc ago > cogor novum a te benefîcium petere. Intellexi in Bi* blioiheca publica Acadetuiz veftrz extare manurcriptum libellum in 41a forma , quem compofuit quidam Fraier Joh. Bufch ex Canonicis regularibus S. Auptjlitù I ut vulgo vocaniur , in quo plurium Monafteriorum Germaniz , (ed Saxoniz maximè reformationei « feu ad ordinis fui obfervatio* nem revocationes defctibuntur ; fuitque ipfe Bufchius pars magna hujus ncgotii I 8c floroit circa tempora concilii Bafileenfis. Hoc manufcriptum rogo I ut mihi in feptimanas aliquot ab inclytz veflrz Arademiz Senatu impetres , fperoque Ampliflimum Reyberum pro favore erga me fuo tibi adjutorem fore. Quod fi petitum obtines • etiam atque etiam oro , ut quàtn primùm per ve£luram publicam ordinariam minas. (/) Id benefîcium « quo potero officii genere demereri conabor. Interea vale 8c fave. DahMn ’Hanav. 2j. Jul. 1709. ‘ F. S. Si difpern funt GudîMi codices , non medioaiter huic jafUirz in> dolebo. EPISTOLA VIL 7. De Bufchii MSc. IL De Reyheri obfervat. lit. De Pufendorfii nxvis. ly. Ali^uod Leibnitii ep^amma, V. De Marquardo Gudio. I. \ 7 Eniam peto , quôd tardiùi refpondere cogor ; nam liber Bufchii , V nte Brunfvigam cum Sereniflîma Eledirice digreffo , advenir « porrô 8c illic 8c Guelfcrbyti non nihil morz traxi. Reverfus officio fati facin , & ante omma grattas ago , quod defiderio meo tam exp.irredla humanitate es obfequutus. Curabitur , ut liber ad vos falvus 8c in tempure redeat. 11. Ampliffimo Reybero fcripG , quum tibi. VelUm omnia egrtgii viri uno fafce culledla extare , 8c ipfum non negare publico 8c poflcntaii , qiue adhuc przclara haud dubiè habet inventa fané multa in omri dodlrinz genere • fed przfertim in Mathefi. Sententiam ejus de jure naturz difcere velim. lll. Nuper dodlillimus Fseimm» , Polirices 8c El tquemiz Prrf Helmftadienfis epiflolam meam ad fummè Rcv. V itum Geradum MoUnum , , Aoba(f) Jo. Bttfrhiî Commenurium de Re- Kilonirnfïs rdidii^.T.II. Icriptorum Branf> formatiooe monaf^erorum quorunJam Sa> viccnüuin a iê iiiferi cunivit* xoaum Utbnaiuj c MSc. Bibiig Jwcc Acad. Digitized by Google

## EPISTOLA VI.

**Leibnitius Buſchii** *MSc. de Reformatione monaſteriorum ex Academica Kilonienſi Bibliotheca mutuum expetit.*

QUi ob docta tua & elegantia dono miſſa gratias debeo, atque etiam nunc ago, cogor novum a te beneficium petere. Intellexi in Bibliotheca publica Academiæ veſtræ extare manuſcriptum libellum in 4ta forma, quem compoſuit quidam Frater *Joh. Buſch* ex Canonicis regularibus *S. Auguſtini*, ut vulgo vocantur, in quo plurium Monaſteriorum Germaniæ, ſed Saxoniæ maximè reformationes, ſeu ad ordinis ſui obſervationem revocationes deſcribuntur: fuitque ipſe *Buſchius* pars magna hujus negotii, & floruit circa tempora concilii Baſileenſis. Hoc manuſcriptum rogo, ut mihi in ſeptimanas aliquot ab inclytæ veſtræ Academiæ Senatu impetres, ſperoque Ampliſſimum *Reyherum* pro favore erga me ſuo tibi adjutorem fore. Quod ſi petitum obtines, etiam atque etiam oro, ut quàm primùm per vecturam publicam ordinariam mittas. (*f*) Id beneficium, quo potero officii genere demereri conabor. Interea vale & fave. *Dabam Hanov.* 25. *Jul.* 1709.

*P. S.* Si diſperſi ſunt *Gudiani* codices, non mediocriter huic jacturæ indolebo.

## EPISTOLA VII.

*I. De* Buſchii *MSc. II. De* Reyheri *obſervat. III. De* Pufendorfii *nævis. IV. Aliquod* Leibnitii *epigramma. V. De* Marquardo Gudio.

I. VEniam peto, quòd tardiùs reſpondere cogor; nam liber *Buſchii*, me Brunſvigam cum Sereniſſima Electrice digreſſo, advenit, porrò & illic & Guelferbyti non nihil moræ traxi. Reverſus officio ſatisfacio, & ante omnia gratias ago, quod deſiderio meo tam exporrecta humanitate es obſequutus. Curabitur, ut liber ad vos ſalvus & in tempore redeat.

II. Ampliſſimo *Reyhero* ſcripſi, quum tibi. Vellem omnia egregii viri uno faſce collecta extare, & ipſum non negare publico & poſteritati, quæ adhuc præclara haud dubiè habet inventa ſanè multa in omni doctrinæ genere, ſed præſertim in Matheſi. Sententiam ejus de jure naturæ diſcere velim.

III. Nuper doctiſſimus *Boehmerus*, Politices & Eloquentiæ Prof. Helmſtadienſis epiſtolam meam ad ſummè Rev. Virum *Gerardum Molanum*, Abba-

(*f*) *Jo. Buſchii* Commentarium de Reformatione monaſteriorum quorundam Saxonum *Leibnitius* e MSc. Bibliothecæ Acad. Kilonienſis edidit & T. II. ſcriptorum Brunſvicenſium a ſe editorum inſeri curavit.

Digitized by Google

OPERA PHILOLOGICA. 509 Abbatem Luccenfèm , avunculum fuuin edidit , in qua rogatus fentemiam de libro FufenJorfii dixi , quem i* de üfficiis infcribit. Il;ic fatis oftendi, parum mihi probari plurima , in quibus Fufendorfius a Grotio dirceilic. IV. Quum nuper Guelferbytt eflèm , columba murxum Principis Blanckenburgiaci ( patris Regin* Hirpaniariim ) ingrefla , in globo terreiiri bina loca pede notaverat ; id quum |ocatus bereniflimu* Dux jlmonius Ulriftu verl'uum materiam præbere dixilfet , taie Epigramma mox dedi : Augurium columb* , Aug. 170^. Blanckenburgiad mufeo in Principis > Orbem Signât olivifero l*ta columba pede. Hinc Scythia in campis , illinc Atlantis in undis. Scilicet & Natas utraque régna colent. V. Gaudeo Gudiana pleraque nondum diftra(fla efle : «gerrimè tuli dit (ipari > qu* tantus Vir tanto Audio congregavit. Coram aliquando colloquio ejus per aliquot dies ufus fum. Aderat &c Graviui ; facile intelltges , quanta voluptaie me perfuderit tam indgnium virorum confuetudo. Vereor, ne multa plané difparuerint > quorum ille ad me meminit , Bi quorum in Catalogo veftigia non depreliendi. Utinam novus infcriptionum Thefaurus, quem Batavi parant , nobis confervet , qu* vir fummus in banc rem obier varat, notaratque. Erant pler*que ejus notaiiones non tantum érudit*, fed Sc ingeniof*. Dolendum eA , vivum Sc fu* glori* & patri* defuiÀè, nimia edendi morofîtate. Ex ejus perfona diceres : inopem me copia fecit. Optem djfcere , qu*nam ex manulcriptis viri codicibus diAraéda (int , & ad quos pervenerint. Quod fupereA , vale &c fave. Vaijfa Hmwtrt 6. Sept. 1709. F. S. Jam aliquoties a rumoribus occifus fum , neque id tam xgrè fero , quàm Maglubeehiui meus , qui queAus eA de hominum malevolentia , quibus nimis diu vivere videatur. Ego omen in contrarium verto , tuisque bonis verbis gratias ago. E P I S T O L A Vm. I. Reyhetus tô* alü lauJaniur. II. De Gudianit MSc. III. De ufu Fotfeos in re tnorali. ly. Nova liiieraria. L Uperat meas acceperis , quibus manufcriptum redditum fignificavi , &c pro tranlmiifione gratias egi. Curabitur fedulo , ut maturè , 8e quale venir , ad vos redeat. Kogavi eiiam , fi benc rr.en ini , ut Amplit (imo Reyhrro falutem a me diceres , cujus ego Viri on nia magnifâcio , haberiq le & confervari velim. Elegantia font , qu* dodilFimi Viri Mu. fans, (yeldfehmidius , aliique ajud vos producunt in lucem , & ilia figiU laiim , qu* mecum c mmui it.aAi. Nuiic Itiibendi cauAsm fuppediiavît Ampüffimus AticillontHi Conüliaiius Legationum Kegius , Sc Gallit* natio^ q 3 ni*

JIO G. G. L E I B N I T I I nis per Régis Borufllae ditinnes difililz Judex fupertnr. Ei , quum excerpta epiliolæ tu« communicalTem « refiripOt , quz adjun(Tia vides. Unde imelliges , non tantiim ab omni confilio oifendendi lui alieuum ft.ilTè • fed eiiatn occafione data effedlurum i ut > quanti te fai.i t , intePigas. Litterarum pattern faciunt , qua; mitto > quas t quum ad res bociciaiis Régie Scientiaruro perlineant ) cooTervare debco > ideo , ut banc parum ren.iuasy peto. F. S. His feriptis tuas gratiirtmas cum adjunfbs accipio , mulfasque gratias ago. Elegans profedlô Elegia e(l » quatn Du. A'r(//.'fce lili duavit. Ampliiliiiii Reyhcri omnia aliquid docent. H. Qudiitum imelligo « ipfi manuferipti Gudiani adhuc f-lvi fl.nt > venditique tantum libii , qui editi , léd cum manuferiptis cull. ti , ac ne hi Siuidem omnes. Uptarim omnes Codices manulcriptos uni Biblii'ihecsr inerri « nec in plures difpergi , 6c aliquando de Augufla Guelfetbytana cogitavi , modo nec pretium Ratuatur , quod emiorem deterreat. 111. GratilTima tua erit de Poëfeos ufu in re morali diflertatio. Ceriif (ïmum e(l , nihil magis movere animos , quàm elegans Carmen , ut pene tantum a communi lërmone didare videatUT) quantum Itngua Angelorum » Faulo Apodolo memorata , a nodra. IV. Audiveram BreithiMptium id agere , ut relineat profedionem Theologicam , unà cum Abbatia : an iinpetrarit , haud Icio. Lai^ium Berolino Hallas dedinatum aiebant. A Domino Carolo Armüo , viro do<5lo , nil vulgare expeëlo. In:erea multos hodie libellos de re litteraria prodire video > ubi judida interpofita , nolim facere mea. EpiAola mea ad amicum , qua rogatus de FiifinJorfiditis juris nature elementis fententiam dixi , fortadè non placebit omnibus , gaudeo ïamen , quod tibi non diTpIiceat. Quod fupered > vale Sc fave. Dabitm Hanover* OElobr, 1709. EPISTOLA IX. 1. De Gudii MSc. II. De KrUnkenio. I. ly ^ UUis didradlionibus fa£Ium ed > ut nondum novillimis tuis rerponderim. Id dum nunc facio , quum in primo adhuc anni novi menfe verfemur > initia ejus aufpicata tibi apprecor , ut felidter cum aliis multis decurrat , quo plutimum prodedè reipublice podis. Gaudeo , adhuc fuperede manulcriptos Codices AJarquardi Gudii , fummi viri , nec venditione fub hada didipatos ede. Nec derpetem , inventum iti , qui equum pretium perfolvat ; Quamquam tria Philippeorum millia diSiculter impetrati pode arbitrer. Ego certè operam dabo oblata occafione , ut quantum in me ed conferam , ne thefaurus ille per didipaiionem pereat. II. Doididlmo Krufikenio , fi aliqua rationc

commodare podim , faciam iubens. Ed juvenis honedus & odiciofus > qui petiit commendari } is omnium Digitized by Google



nis per Regis Boruſſiæ ditiones diffuſæ Judex ſuperior. Ei, quum excerpta epiſtolæ tuæ communicaſſem, reſcripſit, quæ adjuncta vides. Unde intelliges, non tantùm ab omni conſilio offendendi tui alienum fuiſſe, ſed etiam occaſione data effecturum, ut, quanti te faci t, intelligas. Litterarum partem faciunt, quæ mitto, quas, quum ad res Societatis Regiæ Scientiarum pertineant, conſervare debeo, ideo, ut hanc partem remittas, peto.

*P. S.* His ſcriptis tuas gratiſſimas cum adjunctis accipio, multasque gratias ago. Elegans profectò Elegia eſt, quam Dn. *Kruſike* tibi dicavit. Ampliſſimi *Reyheri* omnia aliquid docent.

II. Quantum intelligo, ipſi manuſcripti Gudiani adhuc ſalvi ſunt, venditique tantùm libri, qui editi, ſed cum manuſcriptis collati, ac ne hi quidem omnes. Optarim omnes Codices manuſcriptos uni Bibliothecæ inferri, nec in plures diſpergi, & aliquando de Auguſta Guelferbytana cogitavi, modò nec pretium ſtatuatur, quod emtorem deterreat.

III. Gratiſſima tua erit de Poëſeos uſu in re morali diſſertatio. Certiſſimum eſt, nihil magis movere animos, quàm elegans carmen, ut pene tantum a communi ſermone diſtare videatur, quantum lingua Angelorum, *Paulo* Apoſtolo memorata, a noſtra.

IV. Audiveram *Breithauptium* id agere, ut retineat profeſſionem Theologicam, unà cum Abbatia: an impetrarit, haud ſcio. *Langium* Berolino Hallas deſtinatum aiebant. A Domino *Carolo Arndio*, viro docto, nil vulgare expecto. Interea multos hodie libellos de re litteraria prodire video, ubi judicia interpoſita, nolim facere mea. Epiſtola mea ad amicum, qua rogatus de *Pufendorfianis* juris naturæ elementis ſententiam dixi, fortaſſe non placebit omnibus, gaudeo tamen, quòd tibi non diſpliceat. Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Hanoveræ* 25. *Octobr.* 1709.

## EPISTOLA IX.

I. *De* Gudii *MSc.* II. *De* Krüſikenio.

I. MUltis diſtractionibus factum eſt, ut nondum noviſſimis tuis reſponderim. Id dum nunc facio, quum in primo adhuc anni novi menſe verſemur, initia ejus auſpicata tibi apprecor, ut feliciter cum aliis multis decurrat, quo plurimum prodeſſe reipublicæ poſſis. Gaudeo, adhuc ſupereſſe manuſcriptos Codices *Marquardi Gudii*, ſummi viri, nec venditione ſub haſta diſſipatos eſſe. Nec deſperem, inventum iri, qui æquum pretium perſolvat; Quamquam tria Philippeorum millia difficulter impetrari poſſe arbitrer. Ego certè operam dabo oblata occaſione, ut quantum in me eſt conferam, ne theſaurus ille per diſſipationem pereat.

II. Doctiſſimo *Kruſikenio*, ſi aliqua ratione commodare poſſim, faciam lubens. Eſt juvenis honeſtus & officioſus, qui petiit commendari; is omnium

Digitized by Google

OPERA PHILOLOGICA. 51Ï oium bonoruin favorem merrtur ; itaque fi qua in re commodare illi poteris, me quoque beneficio afficies. Is bas tibi liiteras reddet. <^uod fupeiefi • vaJe fit lave. Dabftm tLmov. 24. Jjnuatü 1710. EPISTOLA X. î. Bufchii MSc. remittit. JL Nova litteraria. I. T^r Uperritnaa tneas red\è ad te delatas fpero. Nunc utor commoditate juvenis dodli Wratûlavîenfii Domini M Scburtzviamii, qui Liplia venieiis Hamburgum primum inde ad vos probcifcitur. Putavi > me rcâiffimè faflurum , fi Bufchii veflri Codicem MSc. quo faiis ex fenteniia ufui film , ipfi potiùs crederem , qui redlà ad vos proficifcitur , quàm non ne* ccllària cura Dn. Kirchovium amicum tuum onerarem. Multas intérim gratiai & tibi ago y Sc per te agi illis velim y quorum indulgentia in commo^ndo Codice benigniiati tuae accelTit. II. Nuntiavit mihi Dn. Scburtzmamms celeberrimi viri Dni. Thena Itiigii mortem « amici veteris inde a fchola , addiditque , cogitari de Bibliotheca ejus ad Paulùiam adjungenda > quod valde vellem. Ex Gallia ad me fcriplit R. P. ÏA>iigus , audlor libri de Editionibus Scripturc Sacrar 1 nuper LipHae recufî , urgeri a fe opus Bibliothecae Scripturariae « fed fie de autlloribut Hillnriz h rancicse opufculum fe meditari. Quod Tupeiefty vale fie me ama. DahMn Hanovera 17. jlpril. 1710. • EPISTOLA XI, I. De Gudianis MXc. IL De Reyhero , Ù III. de ScanUa cata/irophe. 1. T3 Ufehius vefter ultra paucas feptimanas ad vos redibit , quod antè I J omnia dicendum vifum efl. Gudianos manuferiptos Codices non difpergi , fed in unius corporis compage confervate memoriam illufliis collei^oris valde velim. Optarim inferri Àuguflar Biblioihecat Guelferbytanat > fed Sereniflimus Dux abed domo , fie ubi redierit , captanda erit com* moda occallo > fie molle fandi tempus in bac général! afperis tempotibut rei nummariæ difficultate. Nam aliuqui Prindpem in'elligentem y imo doctum fcio expetere y quibus 1 hefaurum a Parente egregiè colleÂum omet amplificetqce. II. AmplilTimum Reyberum ea attate variolis laboraiTe y inter Medtcorum obfervaiiones referri mereiur. Gaudeo TupetalTe y fie rejuvenefeendi augurium inde prarbitum velim. III. Spero Scanicam Cataflrophen y eifi iis triflrm y ad quos periinet clades y id commodi allaïutam pnblico y ut Suedi intra Pomeraoiam luam quiefeant > neque y uii inAituerani y expeditione in Limbiiam luicepia turbandis

nium bonorum favorem meretur; itaque ſi qua in re commodare illi poteris, me quoque beneficio afficies. Is has tibi litteras reddet. Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Hanov. 24. Januarii* 1710.

## EPISTOLA X.

*I.* Buſchii *MSc. remittit. II. Nova litteraria.*

I. NUperrimas meas rectè ad te delatas ſpero. Nunc utor commoditate juvenis docti Wratislavienſis Domini *M. Schurtzmanni*, qui Lipſia veniens Hamburgum primum inde ad vos proficiſcitur. Putavi, me rectiſſimè facturum, ſi *Buſchii* veſtri Codicem MSc. quo ſatis ex ſententia uſus ſum, ipſi potiùs crederem, qui rectà ad vos proficiſcitur, quàm non neceſſaria cura Dn. *Kirchovium* amicum tuum onerarem. Multas interim gratias & tibi ago, & per te agi illis velim, quorum indulgentia in commodando Codice benignitati tuæ acceſſit.

II. Nuntiavit mihi Dn. *Schurtzmannus* celeberrimi viri Dni. *Thomæ Ittigii* mortem, amici veteris inde a ſchola, addiditque, cogitari de Bibliotheca ejus ad *Paulinam* adjungenda, quod valde vellem. Ex Gallia ad me ſcripſit R. P. *Longus*, auctor libri de Editionibus Scripturæ Sacræ, nuper Lipſiæ recuſi, urgeri a ſe opus Bibliothecæ Scripturariæ, ſed & de auctoribus Hiſtoriæ Francicæ opuſculum ſe meditari. Quod ſupereſt, vale & me ama. *Dabam Hanoveræ* 17. *April.* 1710.

## EPISTOLA XI.

*I. De* Gudianis *MSc. II. De* Reyhero, *& III. de Scanica cataſtrophe.*

I. B*Uſchius* veſter ultra paucas ſeptimanas ad vos redibit, quod antè omnia dicendum viſum eſt. Gudianos manuſcriptos Codices non diſpergi, ſed in unius corporis compage conſervare memoriam illuſtris collectoris valde velim. Optarim inferri Auguſtæ Bibliothecæ Guelferbytanæ, ſed Sereniſſimus Dux abeſt domo, & ubi redierit, captanda erit commoda occaſio, & molle fandi tempus in hac generali aſperis temporibus rei nummariæ difficultate. Nam alioqui Principem intelligentem, imo doctum ſcio expetere, quibus Theſaurum a Parente egregiè collectum ornet amplificetque.

II. Ampliſſimum *Reyherum* ea ætate variolis laboraſſe, inter Medicorum obſervationes referri meretur. Gaudeo ſuperaſſe, & rejuveneſcendi augurium inde præbitum velim.

III. Spero Scanicam Cataſtrophen, etſi iis triſtem, ad quos pertinet clades, id commodi allaturam publico, ut Suedi intra Pomeraniam ſuam quieſcant, neque, uti inſtituerant, expeditione in Cimbriam ſuſcepta turbandis

Digitized by Google

JI2 G. G. L E I B N I T I I bandû Germani* rebus operam navent. Nun,: enim illis expedirionis ratio c iFat , quam hanc profcrrbant , ut Danos ex Scania domjin revocaient. lliuftris de verè magni ff'eddnï.opfii fato iudolui. Fortuiia illi n m coeca favit , fabrumque luum coluit ; poftremo cafu fpero m gii admimitum • quàm afflidütn iri, Quod fupereft , vale tu fave. Ddbiim Hmover* ij. ^priL 1710. E P I S T O L A XII. I. De Gudü MSc. II. Encyclopadia /dmiarum verfibus confcribenda > df. III. Poëiis Luinis. I. T^r Ecelfario differenda refponfio fuit , donec o.m Sereniflimo Duce Guelferbytanü colloqui daretur : facilè enim judicas « argiè talia per litteras agi. Nunc ergo licuit ad aulam ejus excurrere & prolixe cum eo agere de Gudianis manuicriptis. Dixi , quod res efl , de quod ad eorum commeudationem dicendum erat , atque ita perpuli , ut propemodum res fit confèéla. Ipl'e Dux alTentiiur confilio meo , & cum asrarii fui Direélore aget , quo tandem cerii aliquid concludatur. Diretflor ipfe , quum fit in* fignis Fautor fludiorum , non décrit veto meo , ut fpero , fed quum in aliquot dies abfit , exfpeifbndus eft ejus reditus , ut negotium conftitui , concludique polfit. Hxc tamen intérim (ignificanda putavi , ut videas a me non rmgligi caulfam litterarum > nec commendationem tuam. Catalogum MStorum oftendi Serenirtimo Duci eum , qui adjunftus eft catalogo imprefforum > 8c Ipero ab iis non differre y quos memoras indices poflea editos , ipfosque libros omnes affore > qui in eo memorantur. II. Gaudeo Bibliothecam Ehrenkroniatuim fané infignem tibi patere, quamquam enim lutè jam habèas multa « quibus de re litteraria bene mereri^ polTis , mulrum tamen ad ornanda przclara inHituta facit copia infignium' librorum. Sa-pe cogitavi , Encyclopzdiam quafi quandam confici poflè ex Poëiis 1 8c plerasque feientias > aut ceriè poiilfimas earum partes » verfibus egregiis explicatas haberi. Ea de re aiiquando a te per otium cogitari optem. III. Latinorum Poetarum bonorum numerus miré contrahitur hodie j 8c in paucilTimos recidit. Putem ad te pervenilTè carmen « quod anté annos aliquot H^erloviut JCius Helmftidienfis infignis in GuelHcae Principis matrimonium Hifpanicum edidit y quod certè meretur legi. Fettrfenius etiaro Thenlogus carminé latino valet. Quod fupeted y vale 8c lave. Dabu» Guelferbyti 2. Junii 17 lO. EPI-, Digitized by Google

bandis Germaniæ rebus operam navent. Nunc enim illis expeditionis ratio ceſſat, quam hanc proferebant, ut Danos ex Scania domum revocarent. Illuſtris & verè magni *Wedderkopfii* fato indolui. Fortuna illi non cœca favit, fabrumque ſuum coluit; poſtremo caſu ſpero magis admonitum, quàm afflictum iri. Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Hanoveræ 15. April.* 1710.

## EPISTOLA XII.

*I. De* Gudii *MSc. II. Encyclopædia ſcientiarum verſibus conſcribenda, & III. Poëtis latinis.*

I. NEceſſario differenda reſponſio fuit, donec cum Sereniſſimo Duce Guelferbytano colloqui daretur: facilè enim judicas, ægrè talia per litteras agi. Nunc ergo licuit ad aulam ejus excurrere & prolixè cum eo agere de Gudianis manuſcriptis. Dixi, quod res eſt, & quod ad eorum commendationem dicendum erat, atque ita perpuli, ut propemodum res ſit confecta. Ipſe Dux aſſentitur conſilio meo, & cum ærarii ſui Directore aget, quo tandem certi aliquid concludatur. Director ipſe, quum ſit inſignis Fautor ſtudiorum, non deerit voto meo, ut ſpero, ſed quum in aliquot dies abſit, exſpectandus eſt ejus reditus, ut negotium conſtitui, concludique poſſit. Hæc tamen interim ſignificanda putavi, ut videas a me non negligi cauſſam litterarum, nec commendationem tuam. Catalogum MStorum oſtendi Sereniſſimo Duci eum, qui adjunctus eſt catalogo impreſſorum, & ſpero ab iis non differre, quos memoras indices poſtea editos, ipſosque libros omnes affore, qui in eo memorantur.

II. Gaudeo Bibliothecam *Ehrenkronianam* ſanè inſignem tibi patere, quamquam enim tutè jam habèas multa, quibus de re litteraria bene mereri poſſis, multum tamen ad ornanda præclara inſtituta facit copia inſignium librorum. Sæpe cogitavi, Encyclopædiam quaſi quandam confici poſſe ex Poëtis, & plerasque ſcientias, aut certè potiſſimas earum partes, verſibus egregiis explicatas haberi. Ea de re aliquando a te per otium cogitari optem.

III. Latinorum Poëtarum bonorum numerus mirè contrahitur hodie, & in pauciſſimos recidit. Putem ad te perveniſſe carmen, quod antè annos aliquot *Werlovius* JCtus Helmſtadienſis inſignis in Guelficæ Principis matrimonium Hiſpanicum edidit, quod certè meretur legi. *Peterſenius* etiam Theologus carmine latino valet. Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Guelferbyti 2. Junii* 1710.

EPI-

Digitized by Google

 E P I S T O L A XIII. De Gudiams MSe. PAuciî taMIario abituriente (ignifico rem tranûdUm effe , 8c Serenidim. Ducem Brunfviccnfem , qua eft in bonas litteras propenlionet in mandatii dedifTct ut pecunia confticuta tradenti manufcripta Gudiana, ad indicis praefcriptum > exfolvatur. Conferens indicem pofletiorem , pridino Bibliotheœ intégras catalogum editum claudente , palTim quasdam deeflè video ) qux non puto di(lra£la > fed tantum disjeÂa » neque cnim , nid aux in cake funt, haflx fubjeiâa fuere. Ea repertum iri, credo, quôd fi tamen conflaret alienata fuifle, contradius executionem non morabuntur; idem eft , fi bona fide qiixfita reperiri non poflint. Confultifriinum erit, libros Hamburgum transferri , atque ibi traditionem fieri , etfi fuintum^ tranfvedionis in nos recipiamus. Si tamen malit Dn. Je GuJe in prxdid fuo confignationem (ieri, neque id defugiemus. Nofler mandatarius apud Dn. Kirchevium amicum tuum inquiret , ibique , quid placuerit, intelliget. Quod Aiperefi, vale & fave. Dabam Guelfirbyti Jumi 1710. E P I S T O L A XIV. ‘ " 1. De Rantzoviis. II. Kriinkenio. III. Simonû Henr. Mufxi Je jure Mutmenfium contreverfiis. IV. Jo. Alb. Fabricio, otjwe V. Gudii ictnibus attjue martruribus. I. Ratiflmue tux non unas mihi redditx fiint. Gaudeo , te mei mevJ miniffe tam benevolè , & Dnn. Collegarum tuorum , virorum infignium, favorem mihi vel conciliare, vel confervare. Mihi dolet, quôd diutius apud vos hasrcre non licuit, eorumque perinde ac tua benevolentia frui, cujus, quantum par ed, pretium datuo. Illudridîmx gentis Rantzovia cultorem me femper profedus fum, quod ut egregii fratret, quo> rum meminidi, occadone data, intelligant, peto. II. Velim occafionem 8c mihi dari inlèrviendi dodbdimo Kriijtftmia r cui Grxcx litteraturae ulteriorem cultum eà commendavi libentiùs,' quo rariores nunc funt in Germania , qui in hoc genere aliquid non vulgaro prxdare polCnt. III. Rogo, ut amplidîma JCto vedro Dn. S. H. Mufeo falutem o£Rcio> (am a me reddas, eique fignidces, ignotum mihi Dn. Joh. Jac. Fovium, cujus litteras Mutinx datas accepit. Commercium ed mihi cura celeber* rimo viro Antonio Muratorio ■, qui Ducali Archivo, Bibliothecxque prx< ed, Sc ante paucos annos aliquot infignia antiquitatis monumenta ex Bibliotheca Ambrofiana Mediolanenfi edidit in lucem : idem in tuendis juribus Serenidimi Ducis fui egregiè laborat. Ctfar Ate/linut Mutinx Dux, 'Alphonft //, cui fuccedit, non âius, fed confobrinus avumque Her~ Tem. V. Rr ' culemll. Digitized by Google

## EPISTOLA XIII.

*De Gudianis MSc.*

PAucis tabellario abituriente ſignifico rem tranſactam eſſe, & Sereniſſim. Ducem Brunſvicenſem, qua eſt in bonas litteras propenſione, in mandatis dediſſe, ut pecunia conſtituta tradenti manuſcripta Gudiana, ad indicis præſcriptum, exſolvatur. Conferens indicem poſteriorem, priſtino Bibliothecæ integræ catalogum editum claudente, paſſim quædam deeſſe video, quæ non puto diſtracta, ſed tantùm disjecta, neque enim, niſi quæ in calce ſunt, haſtæ ſubjecta fuere. Ea repertum iri, credo, quòd ſi tamen conſtaret alienata fuiſſe, contractus executionem non morabuntur; idem eſt, ſi bona fide quæſita reperiri non poſſint. Conſultiſſimum erit, libros Hamburgum transferri, atque ibi traditionem fieri, etſi ſumtum tranſvectionis in nos recipiamus. Si tamen malit Dn. *de Gude* in prædio ſuo conſignationem fieri, neque id defugiemus. Noſter mandatarius apud Dn. *Kirchovium* amicum tuum inquiret, ibique, quid placuerit, intelliget. Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Guelferbyti* 24. *Junii* 1710.

## EPISTOLA XIV.

I. *De* Rantzoviis. II. Krüſikenio. III. Simonis Henr. Muſæi *de jure Mutinenſium controverſiis.* IV. Jo. Alb. Fabricio, *atque* V. Gudii *iconibus atque marmoribus.*

I. GRatiſſimæ tuæ non unæ mihi redditæ ſunt. Gaudeo, te mei meminiſſe tam benevolè, & Dnn. Collegarum tuorum, virorum inſignium, favorem mihi vel conciliare, vel conſervare. Mihi dolet, quòd diutius apud vos hærere non licuit, eorumque perinde ac tua benevolentia frui, cujus, quantum par eſt, pretium ſtatuo. Illuſtriſſimæ gentis *Rantzoviæ* cultorem me ſemper profeſſus ſum, quod ut egregii fratres, quorum meminiſti, occaſione data, intelligant, peto.

II. Velim occaſionem & mihi dari inſerviendi doctiſſimo *Krüſikenio*, cui Græcæ litteraturæ ulteriorem cultum eò commendavi libentius, quò rariores nunc ſunt in Germania, qui in hoc genere aliquid non vulgare præſtare poſſint.

III. Rogo, ut ampliſſimo JCto veſtro Dn. *S. H. Muſæo* ſalutem officioſam a me reddas, eique ſignifices, ignotum mihi Dn. *Joh. Jac. Fovium*, cujus litteras Mutinæ datas accepit. Commercium eſt mihi cum celeberrimo viro *Antonio Muratorio*, qui Ducali Archivo, Bibliothecæque præeſt, & ante paucos annos aliquot inſignia antiquitatis monumenta ex Bibliotheca Ambroſiana Mediolanenſi edidit in lucem: idem in tuendis juribus Sereniſſimi Ducis ſui egregiè laborat. *Cæſar Ateſtinus* Mutinæ Dux, *Alphonſi II*, cui ſucceſſit, non filius, ſed conſobrinus fuit, avumque *Her-*

fi'4 • ‘ ' <s O.' L E I B N ï T I I cuUmtl. habuitf ViUtm Alphonfum, Hereutis IL filium, (iibrequente matrimonio cum Domina Laur* legitimatum ; matrimonium autem verum fuille ) & Lauram etiam ^hortuo marito pro Duciflà a privigno cultam , fâtis ab Atcftinis Scriptoribus comprobatum eR. IV. Fahricium Haniburgo difcenurum eife ignorabam, nec dum fcio» quem in locum fit digrefUirus; modo ne Germaniam dcferat, contentua ero; quamquam mallem, Hamburgenfes infignem virüm retinere, lautaique ei conditiones ofterre, ne taie urbis fua; ornamentum amictant. V. GuJium, nobilil&raum virum , accepiilè fbero nummum aureum infignem Sereniflimi Ducia Brunfvicenfis jufm milTum ; id agente me ex condi£fo, ut pro iconibua & marmoribua redhoflimentum haberet. Si pervenillèt ad me Catalogua Morbofiana Bibliothecz haud dubiè inde quaedam redemifTem, nunc vereor, ne feriùa nancilcar. GratifTimum erit videre tuae Encyclopzdiz poëticae initia in re morali. Quod fupeiefli vale & &ve. Dahtm Guejferlÿii Oüobr. 1710. EPISTOLA XV. 1. leon Marquardi Gudii. II. Pro/efjorum KUanieitfiim ehgium. III. De Mufxi de jure Mutinenfmm cum Italis controverfta. IV. De Academi» equeftri Berclmet^i. I. Udianaa Sc ipfb litteraa accepi , indices perlati numifmatia aurei ; Vj itaque gaudeo, banc rem cunfeélam, in qua tibi pluiimum litterae debent , tuo enim interventu tua fuggeflione negotium non perfeâum tantùm , fed Sc cceptum eA. Icon lummi viri Marquardi Gudii etiam SetenilT Duci grata erit. II. Dn. tFagnerus nuper apud me fuit , tuamque & Collegarum tuorum t infigniuin viroruiTi) humanitatemi doârinamque plurimum laudavit gratus. Hia y quibui notua fum , commentari me peto , & egregiit viria Mufaeo &c Maio gratias pro fàlutatione a me reddi , fed magis etiam pro prxclaria do^rina: monumemia. III. Gaudeo, quôd Italia etiam vifus efl dignus AmpIifTimui MufenSf qui^ de jure Mutinenfium accuratiùa edoceretur. Nuper ex llludriirimo Marchinne Bergomo quatfivi ipfemet (nam aliunde faibendi occafio fuit) quia effet illc Fovius, qui litteraa dédit. IV. Academia Berolinenfis equeilris præfedlum habet virum infignem Dn. de Staf, mihique amicum, qui multiplici d< <flrin* omatu inftrudtua eft , Hjftoriam , Genealngias , rem Heraldicam , Mathefin prafticam , rem miliiarem novit ; olim Principibus juventütis Halfiacaf Caflèllia prxfuit. Hujus infpe£Hr>ni juvenes nobiles reilè committi mininiè dubito, & funt PriifèlTores non fpernendi, qui eoa difeenda docent in omni genere

inftitutionia. Quod fcpereft, vale Sc me anu. Daham Hatwv. 10. Nov. 1710. EPISTO, 'Digitized by Google



*culem II.* habuit, Patrem *Alphonſum*, *Herculis II.* filium, ſubſequente matrimonio cum Domina *Laura* legitimatum; matrimonium autem verum fuiſſe, & *Lauram* etiam mortuo marito pro Duciſſa a privigno cultam, ſatis ab Ateſtinis Scriptoribus comprobatum eſt.

IV. *Fabricium* Hamburgo diſceſſurum eſſe ignorabam, nec dum ſcio, quem in locum ſit digreſſurus: modo ne Germaniam deſerat, contentus ero; quamquam mallem, Hamburgenſes inſignem virum retinere, lautasque ei conditiones offerre, ne tale urbis ſuæ ornamentum amittant.

V. *Gudium*, nobiliſſimum virum, accepiſſe ſpero nummum aureum inſignem Sereniſſimi Ducis Brunſvicenſis juſſu miſſum; id agente me ex condicto, ut pro iconibus & marmoribus redhoſtimentum haberet. Si perveniſſet ad me Catalogus *Morhofianæ* Bibliothecæ haud dubiè inde quædam redemiſſem, nunc vereor, ne ſeriùs nanciſcar. Gratiſſimum erit videre tuæ Encyclopædiæ poëticæ initia in re morali. Quod ſupereſt, vale & fave. *Dabam Guelferbyti* 14. *Octobr.* 1710.

## EPISTOLA XV.

I. *Icon* Marquardi Gudii. II. *Profeſſorum Kilonienſium elogium.* III. *De* Muſæi *de jure Mutinenſium cum Italis controverſia.* IV. *De Academia equeſtri Berolinenſi.*

I. GUdianas & ipſe litteras accepi, indices perlati numiſmatis aurei; itaque gaudeo, hanc rem confectam, in qua tibi plurimum litteræ debent, tuo enim interventu, tua ſuggeſtione negotium non perfectum tantùm, ſed & cœptum eſt. Icon ſummi viri *Marquardi Gudii* etiam Sereniſſ. Duci grata erit.

II. Dn. *Wagnerus* nuper apud me fuit, tuamque & Collegarum tuorum, inſignium virorum, humanitatem, doctrinamque plurimum laudavit gratus. His, quibus notus ſum, commentari me peto, & egregiis viris *Muſaeo* & *Maio* gratias pro ſalutatione a me reddi, ſed magis etiam pro præclaris doctrinæ monumentis.

III. Gaudeo, quòd Italis etiam viſus eſt dignus Ampliſſimus *Muſæus*, qui de jure Mutinenſium accuratiùs edoceretur. Nuper ex Illuſtriſſimo Marchione Bergomo quæſivi ipſemet (nam aliunde ſcribendi occaſio fuit) quis eſſet ille *Fovius*, qui litteras dedit.

IV. Academia Berolinenſis equeſtris præfectum habet virum inſignem Dn. *de Staf*, mihique amicum, qui multiplici doctrinæ ornatu inſtructus eſt, Hiſtoriam, Genealogias, rem Heraldicam, Matheſin practicam, rem militarem novit; olim Principibus juventutis Haſſiacæ Caſſellis præfuit. Hujus inſpectioni juvenes nobiles rectè committi minimè dubito, & ſunt Profeſſores non ſpernendi, qui eos diſcenda docent in omni genere inſtitutionis. Quod ſupereſt, vale & me ama. *Dabam Hanov.* 10. *Nov.* 1710.

EPISTO-

Digitized by Google

OPERA PHILOLOGICA; opuiculis judicat > Vir llluitru ? Cùm initio deloriptionem morutn popo-' lonim Canadendum apud eum legerem , quod illi One legibus , fine magîAratu 6c tamen pacacè viverent ; cùm deinde iofpkerem dialogum inter Laimuamum 8c Barbarum Canadenfem > ubi contra teligionem Chriflianam multa liberiùs proferuntur ; parum abfùit , quin conjicerem » confinxifle auâorein , inflar conditoris Hifloriai Sevarambicae , 6c nomen 6c pere* grinaciones, fcenzque inferuidè, ut tutiùs latere, 8c paradoxaa fuai circa lacra opiniones abfque periculo in publicutn eflerre pollèc. Sanè , quaa Barbarus proponit, acriter urgentur, 6c fatis frigidè diluuntur. Nunc verà hominem in rerum natura eflè dubitare nequeo , nifi ftepticum agere velim. Tu, Vir illu/lris, plura de eo me edocebis , qux fub nde filentii, fi jubea, fanâè cuftodiam. Vale, 6c mihi favere perge. Rinttlii d. v. Nt>v. 1710. RESPONSIO LEIBNITII. I. De Pufendorfio. II. De ideis intuttis. III. De Anfelmi & Cartedi afgumento pro exiJUruia Dei. IV. De B*r»ms Lahontani opufcuUs de Avuricmis. 1. T Aude fua Pufêndorfiana fcripta tninimè defraudanda cenfèo , & JLa ricorum maxime utilitatem indgnem agnofco , quum fînt excerpta magiiorum Archivorum. Alia funt hominit vitia, alia autorit, etfi altéra alterh nonnihil influant. Qu* de jure natur* dédit , eorum multa minor apud me exiftimatio eft. * II. Quod ad ideas innatas attinet , ni fallor , rem paucit complexiu lûm , ex eo (cilicet , quod ipG nobis innati fumus j 6c veritates menti infcript* omnes ex hac noftri percepdonc fluunt j etfi non animadverteremus , nifi extema accederent. III. Quid in argumente Certefii pro exiilentia Dei ex ideis fiimto boni infit, aut non infit, inventes ante annos plus qukm viginti a me explicatum in fehediafmate , A(£bs eruditorum inferto , De verittue & ideis. Res ifta hue redit: Cartefù argumentum eft (olim jam ab Anfelmo Archiepifcopo Cantuarienfi ufurpatum) quicquid ex rei definitione fluat, redè de ea pr*dicari, jam in definitione Dei comprehendi exiftentiam, quia fit ens perfe^fiflimum , adeoque omnes oontinens perfedliones , inter quas eft exiftentia. Ego verô banc limitationem adjiciendam cenfeo, ut tu.m demum tuto iis fidi poftit, qux ex definitione rei ducimus , quum certum eft, rem definitam eflè polFibilem , nam fi definitio occultant quan Jam contradi^onem feu impoflibilitatem involveret , poflènt ex ea inferri contradiâoria de eodem , atque adeo abfurda. Itaque foltem id boni ineft huic argumento, ut inde conftet DEUM, fi modô fit polfibilis , exiflere, quod de nuila alia fubftantia aftirmari poteft, & per fe non fpernendum eft ,

cùm polfibilitat prdùmatur , de aliunde firmetur. Intérim T#*b. V, 2, Z démon

fS2 G. G. L E I B N I T I I demonflratio nnn eft perfeéU, quia aliquid fupponit tacit«i nmpe divine nature poifibilitatem. Neque opus erat ambagibus de ente perfe^lTmio-, & exidentia inter perfèâiones computata ; luffecerat , (le argumentari : Ens , ex cujus ejjenlij fequilur exi/lenlia, fl ejl poJfhiU, {feu fi habet eÿentiim ) exifiii ; ( efl axioma identicum (eu indem> mflrabiie ) Deut eft ent f ex CUJUS ejjentia feejuitur exiftetitia (efl definitio): Ergo Deus, fi eft pojibilis , exiftii. lia vides (imul , quomodo argumentum reducatur ad fyllugi(^ rnum quendam primitivum , cujus preiniflà: funt axioma identicum , 6c definitio; que prxmiirae nullam ampfiùs probationem capiunt, fed perfeâa confiant analyli veiitatis : que qualis fit* in univerfum non (âtis animad* verterunt , qui Logicam tratdarunt. Autur itiiierarii mundani (iâitii Datté/wx , etfi quedam arguta nec plané fperntnda habeat, in pleraque tamen non (âtis profundè in(pexi(Iè videiur. Cùm nunc non fle ad nianumi quid in hoc argumentum dicatf non memini , illud memini , cùm olim eum percurrerem , nervum rei , quem atiigi, mihi non attingere vifum. Baro Laboiumus veriflimus homo efl , non n^us « ut Suctor , Auflralium incognitorum bofpes ; nec homo taniùm verus efl, fed ejus iter quoque verum. Aliquamdiu enim in Americe feptentiionalis parte Gallicana egii , 6c cum Marchioni Poniis Cartrini, rerum maritimarum apud Gallos adminiflro, ob nefeio quod jus (ùum acriùs defenfum , difplicuiiTet , America primùm , dein 6c Gallia exce(Tit. Bearnenfis naiiune e(î, religioni Romane addi£fus, nec ingenio, nec humanarum rerum notiiia, adJoy nec doiflrina caret. VerifTimum efl, 6c ex roultis itinerariis peregrinatoribufque etiam mihi compertum , Americanot illiüs tradlùs fine omni magiflratu , 6c tamen quiete cohabicare ; rixas , odia, bella, non, aut vix, nid inter diverfx nationis lingueque homines, illic evenire. Id penè dixerim miraculum pulidcum efl , Ariftoteli incognitum , Hobbio non animadverfum. fpfi pueri colludentes rarô ad rixas progrediuntur , 6c ubi nimU tune incaluere , mox ab equalibui diflinAitur. Mirus etiam domi pudor, natura illos docente, que ab inceflu deterreant, nec frater prefente forore verbum dixerit paulo liberius. Neque illos hl>> mines torpor aliquis pacatos (âcit , nihil enim illis in hoflem acrius : 6c vividifTin us honoris lenfus ex vindiifle cupiditate, 6c moriendi conflaniia etiam inter cruciatus apparet. Itaque (i tanta nature dona cum noflrit artibus flare polTent; noflri homines pre illis nauci furent. Dialogus Labontani , etfi non in totum verus , ut facilè intelligis , non tamen in totum fiélus efl. Nam Johamtes Daniel

Kraftius^ vit egregius, ( Becbero fiepe laudatus, qui multa ab eo hauferat ) quum in iifdem regionibus vel vieillis potiùs inter Anglururo' colonias süiquamdiu egillèt , non abborrentiâ mihi narravit. Dn. Lahontanus nunc efl in comicatu SerenilTimi Ele£ioris, ad Goerdan profefU , locum Cellenfis ditionis venatui aptum. Dabit adhuc plura typis , fi per valetudinero licebit , qua non optima utitur. Ego novi vimm famiDigifized by Google

demonſtratio non eſt perfecta, quia aliquid ſupponit tacitè, nempe divinæ naturæ poſſibilitatem. Neque opus erat ambagibus de ente perfectiſſimo, & exiſtentia inter perfectiones computata; ſuffecerat, ſic argumentari: *Ens, ex cujus eſſentia ſequitur exiſtentia, ſi eſt poſſibile, (ſeu ſi habet eſſentiam) exiſtit*; (eſt axioma identicum ſeu indemonſtrabile) *Deus eſt ens, ex cujus eſſentia ſequitur exiſtentia* (eſt definitio): Ergo *Deus, ſi eſt poſſibilis, exiſtit.* Ita vides ſimul, quomodo argumentum reducatur ad ſyllogiſmum quendam primitivum, cujus præmiſſæ ſunt axioma identicum, & definitio; quæ præmiſſæ nullam ampliùs probationem capiunt, ſed perfecta conſtant analyſi veritatis: quæ qualis ſit, in univerſum non ſatis animadverterunt, qui Logicam tractarunt.

IV. Autor itinerarii mundani fictitii *Danielius*, etſi quædam arguta nec planè ſpernenda habeat, in pleraque tamen non ſatis profundè inſpexiſſe videtur. Cùm nunc non ſit ad manum, quid in hoc argumentum dicat, non memini, illud memini, cùm olim eum percurrerem, nervum rei, quem attigi, mihi non attingere viſum. Baro *Lahontanus* veriſſimus homo eſt, non fictus, ut *Sador*, Auſtralium incognitorum hoſpes; nec homo tantùm verus eſt, ſed ejus iter quoque verum. Aliquamdiu enim in Americæ ſeptentrionalis parte Gallicana egit, & cum Marchioni *Pontis Cartrini*, rerum maritimarum apud Gallos adminiſtro, ob neſcio quod jus ſuum acriùs defenſum, diſplicuiſſet, America primùm, dein & Gallia exceſſit. Bearnenſis natione eſt, religioni Romanæ addictus, nec ingenio, nec humanarum rerum notitia, addo, nec doctrina caret. Veriſſimum eſt, & ex multis itinerariis peregrinatoribuſque etiam mihi compertum, Americanos illius tractûs ſine omni magiſtratu, & tamen quiete cohabitare; rixas, odia, bella, non, aut vix, niſi inter diverſæ nationis linguæque homines, illic evenire. Id penè dixerim miraculum politicum eſt, *Ariſtoteli* incognitum, *Hobbio* non animadverſum. Ipſi pueri colludentes rarò ad rixas progrediuntur, & ubi nimis tunc incaluere, mox ab æqualibus diſtinentur. Mirus etiam domi pudor, natura illos docente, quæ ab inceſtu deterreant, nec frater præſente ſorore verbum dixerit paulo liberius. Neque illos homines torpor aliquis pacatos facit, nihil enim illis in hoſtem acrius: & vividiſſimus honoris ſenſus ex vindictæ cupiditate, & moriendi conſtantia etiam inter cruciatus apparet. Itaque ſi tanta naturæ dona cum noſtris artibus ſtare poſſent; noſtri homines præ illis nauci forent. Dialogus *Lahontani*, etſi non in totum verus, ut facilè intelligis, non tamen in totum fictus eſt. Nam *Johannes Daniel Kraftius*, vir egregius, (*Bechero* ſæpe laudatus, qui multa ab eo hauſerat) quum in iiſdem regionibus vel vicinis potiùs inter Anglorum colonias aliquamdiu egiſſet, non abhorrentia mihi narravit.

Dn. *Lahontanus* nunc eſt in comitatu Sereniſſimi Electoris, ad Goerdam profecti, locum Cellenſis ditionis venatui aptum. Dabit adhuc plura typis, ſi per valetudinem licebit, qua non optima utitur. Ego novi virum fami-

OPERA PHILOLOOICA; familiarKu > 8c , ut par efl « seftimo ; (èd 8c aube noflrc aliifque aulii iogeniuin ejus placet. Velletn tamen alicubi Adiario fuo y ( hoinini etiam vero ex Huronum gente , 8c qui in Galliam ante aliquot annos venit | (éd (lu prae noflria inflicuta probavit) circa religionis capita uaeliîu buia> fècifTet. Si quid ab eo quacrere velia , ipfe notitia: conciliator ero ; nec abhorrebit iüe a commercio viri doâi 8c moderatb Vale. Diibam Hanoytr* 10. Novemb. 1710. EPISTOLA IV. BIERLINGII AD LEIBNITIUM. I. De Amerietotorunt virtutibtu. IL De torneamentis. III. De feudis obLuü Conradi I. & Henriâ Aucupis. I. Ua; de Barone Lahotuottio me fcire voluifli > pergrata mihi acciderunt. Pollèc ex viri obfervationibua confcribi Diflèrtatio de Aatu naturati Hobbeju per experientiam refutato, quem forte laborem, C tempui 8c occaGonem na£Ius fuero, aliquando in me fufcipiam. Nid omnia me fallunt , fatis reélè rationes Aibduxit Hobbefius , fi earum gentium , quai cultioret appellari volunt, conditionem confiderea. Nullui enim dubico» ft illis iraena laxatenturi legefque tollerentur cum earum exeeutoribua 8c magifliatibut 1 exoricuraa ob meum 8c tuum > ob fludium vanae gloriae , alialque ob rationes infinitaa difcordiaa , non aliter interdum quàm ca:de 8c fanguine tranfigcndai. Verîim ifli batbari, quz nefcio an eotum félicitai fit» an infelicitat» meum 8c tuum, aliaque malorum irritamenta non agnofcunt. Tanto meliui cfl, ignorare vitia, quàm nollê virtutes. Id velim , ni moleftum fuerit , fcifciteris ex Domino LahontMÜo , an etiam , quod nonnulla itineraria adiîrmant , reperiantur in America populi Athci , omni de Deo fenfù, omni religione deflituti , 8c quinam lilorum mores fini, quz vivendi ratio ? Nofii , Vir illuAris , quanta cura hoc argumentum excuflèrit in meditationibus de Comeca Fetrui Btlius , ut univetfalem populorum de Deo conlènfum labefaAaret. IL De flatu Germaniz, régnante Hcnr'ue Aucupe, nonnulla meditor. Habei, ut facile poiTum conjicere, obfervata rariora hue fpedlantia. Tuam inprimis circa torneamenta fentemiam expeto , Vir Illuflris. DilTertationein Scbuburti, Prof, lenenfii, non habeo. Vix in animum inducere poirumj eorum originem HenrUo deberi, reAituca ab eo fuiflè, forte roagis probabile. IlL Quz de feudii oblatis CortraJi I. 8e Henrici in feenam produxit Monx.ambmHSt 8c acriter défendit Jo. Petrus Ludeirigt Profeffor Halends, fundamento hiilorico deflitui cenfeo. Tu quidfentis? Vale, Vir illuftris, mihique fave. RinteUi d. 3. Det. 1710. Z Z 3 RESPON

G. G. L E I B N I T I I RESPONSIO LEIBNITII. I. De Barone Hontano if ’Atheifma 'jtmericanerum. II. De peptJit | ^ Jme vtagifiram focieteuem colunt. III. De Hearico Aucupe. IV. De torneamemis. V. De fendis obLuis Conradi I. VI. De Severambwrnm usQore. I. *0 Aro Hmteam nuper hinc difcefllt in aliquot feptimanas , & KiloXD nienlibut in nundinû Serenii&fno Holfatue Adminifiratori adeflè vnluit, cui non minus quàm nofiris Principibus grata eft ejut confuetudo. Abiit» cùtn ego hinc abeflem ; icaque ex eo quasrere non potui> quid lèotiat de AiheiOno Americanorum. Quamquam iplô non interrogato refpon*. dere poffim , incolas feptentrionales Americae , quot ille folos adiit , feafilm aliquem habere invifibilium potellatum : nonnullis edam « pratlerdm qui Virginiam incolunt, videri, animos defunétorum trans inacceüum Apa* latasanorum montium jugum novam vitam degere. Ceterum fi Dei no* mine fiipremam rubflanciam kitelligas , vereor , ne plerique veteres recentiorefque populi» ad quos ChrilHanifinus Mahometanifinufque non perve* nit, Athei habendi fiietint. Apud veteres pro Dllb habebantur rationales fubUantiae» quae immortaliute fruerentur. II. Verum en> populos, qui fine magifiratu lôcietatem colunt, ava* ritia: flimuli non urgeri. Quum tamen, ut confiât, mirificè aifidantur contumeliae fcnlu, mitum eft, ambitionem abellè. Oportet eiiam magnam eflè moderationem animi, quod nec ob libidinem, quae beftias ipfas commit* fit , in odia prurumpunt , neque inter pocula rixantur. De Germants olim Taeilus, crebra, ut inter temulentos, rixae; nihil taie in illis, quoi per fummam injuriam feros homines appellamus. Itaquc fatendum eu, inefiè aliquid iilis gentibus , quod nili ceno edoéli , jure non crederemus. Et ignofcendum quidem Arfloteü St, ceieris politiclt fcriptoribus , fi taie quid ulpiain extare non divinarunt ; errorem tamen eurum documento nobis cliè debere cogitabimus , ne magnas verifimilitudines pro demonfiradonibui accipiamus. III. Gaudeo, quod de illufirandis Henriei Aucupis rebus cogitas: me* retur ille banc curam, & muitz difqutiitionis matetiam dabit. Thefesu ccrtè Saxonicus habetur. Sed dolendum eft, unum pene IfttAindum apud Germanos res ejus de propinquo traâaftè; nam DUnutrus pauio jam remotior iiiit , uterque brevior jufto. IV. De torneamentis perplexa eft dirquifitio. Dubites , utrum mos ille tam antiquus fuerit, ut ludicro certamine vir virum bafta legeret. Nam in memorabili congreflii fratrum iMdovici Germanici Sc Caroii Cahi contra Lothsrium natu majorem fratrem confoederatorum apud Nithirdum de*

fcribuntur lu.fi militares , quibus le per oiium obledUbant cum milite Principes ^ de haftiludio tareeo nihil. Neque «tûœ, nifi fcriùs , queielz Eccle* Calti*, Digitized by Google



## RESPONSIO LEIBNITII.

I. *De Barone* Hontano *& Atheiſmo Americanorum.* II. *De populis, qui ſine magiſtratu ſocietatem colunt.* III. *De* Henrico Aucupe. IV. *De torneamentis.* V. *De feudis oblatis* Conradi I. VI. *De Severambiorum auctore.*

I. BAro *Hontanus* nuper hinc diſceſſit in aliquot ſeptimanas, & Kilonienſibus in nundinis Sereniſſimo Holſatiæ Adminiſtratori adeſſe voluit, cui non minùs quàm noſtris Principibus grata eſt ejus conſuetudo. Abiit, cùm ego hinc abeſſem; itaque ex eo quærere non potui, quid ſentiat de Atheiſmo Americanorum. Quamquam ipſo non interrogato reſpondere poſſim, incolas ſeptentrionales Americæ, quos ille ſolos adiit, ſenſum aliquem habere inviſibilium poteſtatum: nonnullis etiam, præſertim qui Virginiam incolunt, videri, animos defunctorum trans inacceſſum Apalatæanorum montium jugum novam vitam degere. Ceterum ſi Dei nomine ſupremam ſubſtantiam intelligas, vereor, ne plerique veteres recentioreſque populi, ad quos Chriſtianiſmus Mahometaniſmuſque non pervenit, Athei habendi fuerint. Apud veteres pro DIIS habebantur rationales ſubſtantiæ, quæ immortalitate fruerentur.

II. Verum eſt, populos, qui ſine magiſtratu ſocietatem colunt, avaritiæ ſtimuli non urgeri. Quum tamen, ut conſtat, mirificè afficiantur contumeliæ ſenſu, mirum eſt, ambitionem abeſſe. Oportet etiam magnam eſſe moderationem animi, quod nec ob libidinem, quæ beſtias ipſas committit, in odia prorumpunt, neque inter pocula rixantur. De Germanis olim *Tacitus*, crebræ, ut inter temulentos, rixæ; nihil tale in illis, quos per ſummam injuriam feros homines appellamus. Itaque fatendum eſt, ineſſe aliquid illis gentibus, quod niſi certo edocti, jure non crederemus. Et ignoſcendum quidem *Ariſtoteli* & ceteris politicis ſcriptoribus, ſi tale quid uſpiam extare non divinarunt; errorem tamen eorum documento nobis eſſe debere cogitabimus, ne magnas veriſimilitudines pro demonſtrationibus accipiamus.

III. Gaudeo, quòd de illuſtrandis *Henrici Aucupis* rebus cogitas: meretur ille hanc curam, & multæ diſquiſitionis materiam dabit. *Theſeus* certè Saxonicus habetur. Sed dolendum eſt, unum pene *Witikindum* apud Germanos res ejus de propinquo tractaſſe; nam *Ditmarus* paulo jam remotior fuit, uterque brevior juſto.

IV. De torneamentis perplexa eſt diſquiſitio. Dubites, utrum mos ille tam antiquus fuerit, ut ludicro certamine vir virum haſta legeret. Nam in memorabili congreſſu fratrum *Ludovici* Germanici & *Caroli Calvi* contra *Lotharium* natu majorem fratrem confœderatorum apud *Nithardum* deſcribuntur ludi militares, quibus ſe per otium oblectabant cum milite Principes; de haſtiludio tamen nihil. Neque etiam, niſi ſeriùs, querelæ Eccleſiaſti-

Digitized by Google

OPERA PHILOLOGICA. riafitcorum contra innirreiere. Subjicit tamen aliquid animo noflro WitikinJui , quod (àvere receptc fentemix poflit , his de Henrica Rege verbis: In exercitiis auoque ùidi tanta entinetuia fuptrahat amnet, ut terrorem ceteris oftentaret. Itaque ainpliùs inquirendum cenfeo > fie videndum > quia primus au£tor ifta Henrico Aucupi tribucrit. Schubarti dillèrtationem de lomeamentis non habeo, neque videre memini: rariùs talia, quàm vcllemi hue defêruntur. Tibi video majorem torneamentorum antiquitatem verifimilem videri ; cur ita femias, difeere gratum erit. Difpiciendum putemi nihilne habeant poëtx veteres aut Milefiarum fabularum auéiores , quod ad haflatorum concurfus pertineat , quibus poAeriorea Romanifeorum feriptores pleni funt. Sed hi vixere , ex quo Torneamenta recepta erant. Notnen tomeameiuis efle puto a tornando , id eA > a flexu equorum in gyrum. Id eiiinn ufurpatum in ludis equeAribuSi etiam cùm haAati non concurrerent. Inde mande vocabulum re imtnutata. V. Muleo ante Canradi I. tempora jam Comitatua per Germaniatn Gailiamque hzreditarii habebaniur; Ducatut tamen (exceptis fuba£torum Reguloruni) quum militare imperium fie peritix opinionem conjunélam habere antea viJerentur, lêrvis fie circa H'nrici Aucupù tenapora demum Ipeciem Feudi, ad poAeros irandturi, induillè videntur, CoftraJa adhuc relu(Aantei Carolo aucem Stmplice in Gallia fuccumbente. Otto iplè pater 'Hrnrici Aucupit in Diplomaiibus fie ab xqualibut audloribut magis Coines quàm Dux appellatur ; ut Comitis nomen legale , Ducis non nid populare elle viderctur ilia tempeAate. Sed magni Comités quum multos limul Comiutus poAiderent | fie MilFi Rrgii au<Roritate in alios Comités uterentur, fie prxterea militibus ad tuendos Iinpi;fii limites prxeflènt, facile prx aliis eminebam ; fie tandem petvicerunt , ut poteAas ad poAefos trandret. VI. Severambiorum auélor mihi ignotus cA. Credo etiam > Th$mafium parum noffe, quis ille Des • AlLifiut , cui tiibuuntur, mihi etiam AuAralienfes non fpernendi videntur , quorum auilorem alicubi Bailiuj nominat. yatco VoJJio quidem nemo facile Severambios ttibuetit, hominis haud dubiè Galli fœtum , in Gallia exclufum. Ceterum huic l^o£\o ego judicium non detraxerim , quanto ad Severambios feribendot opus erai. Uter.jue auiAor in paradoxa nimius fuit y ut ingenio indulgeieu Vale. P_aiam //t; 9«v*r0. d. jO. Jaa. 1711. Z» 3 Episxa Digitized by Google

ſiaſticorum contra inſurrexere. Subjicit tamen aliquid animo noſtro *Witikindus*, quod favere receptæ ſententiæ poſſit, his de *Henrico* Rege verbis: *In exercitiis quoque ludi tanta eminentia ſuperabat omnes, ut terrorem ceteris oſtentaret.* Itaque ampliùs inquirendum cenſeo, & videndum, quis primus auctor iſta *Henrico Aucupi* tribuerit. *Schubarti* diſſertationem de torneamentis non habeo, neque videre memini: rariùs talia, quàm vellem, huc deferuntur. Tibi video majorem torneamentorum antiquitatem veriſimilem videri; cur ita ſentias, diſcere gratum erit. Diſpiciendum putem, nihilne habeant poëtæ veteres aut Mileſiarum fabularum auctores, quod ad haſtatorum concurſus pertineat, quibus poſteriores Romaniſcorum ſcriptores pleni ſunt. Sed hi vixere, ex quo Torneamenta recepta erant. Nomen torneamentis eſſe puto a tornando, id eſt, a flexu equorum in gyrum. Id enim uſurpatum in ludis equeſtribus, etiam cùm haſtati non concurrerent. Inde manſit vocabulum re immutata.

V. Multo ante *Conradi I.* tempora jam Comitatus per Germaniam Galliamque hæreditarii habebantur; Ducatus tamen (exceptis ſubactorum Regulorum) quum militare imperium & peritiæ opinionem conjunctam habere antea viderentur, ſervis & circa *Henrici Aucupis* tempora demum ſpeciem Feudi, ad poſteros tranſituri, induiſſe videntur, *Conrado* adhuc reluctante, *Carolo* autem *Simplice* in Gallia ſuccumbente. *Otto* ipſe pater *Henrici Aucupis* in Diplomatibus & ab æqualibus auctoribus magis Comes quàm Dux appellatur; ut Comitis nomen legale, Ducis non niſi populare eſſe videretur illa tempeſtate. Sed magni Comites quum multos ſimul Comitatus poſſiderent, & Miſſi Regii auctoritate in alios Comites uterentur, & præterea militibus ad tuendos Imperii limites præeſſent, facilè præ aliis eminebant; & tandem pervicerunt, ut poteſtas ad poſteros tranſiret.

VI. Severambiorum auctor mihi ignotus eſt. Credo etiam, *Thomaſium* parum noſſe, quis ille *Des-Allaiſius*, cui tribuuntur, mihi etiam Auſtralienſes non ſpernendi videntur, quorum auctorem alicubi *Bailius* nominat. *Iſaaco Voſſio* quidem nemo facilè Severambios tribuerit, hominis haud dubiè Galli fœtum, in Gallia excluſum. Ceterum huic *Voſſio* ego judicium non detraxerim, quanto ad Severambios ſcribendos opus erat. Uterque auctor in paradoxa nimius fuit, ut ingenio indulgeret. Vale. *Dabam Hanoveræ. d.* 30. *Jan.* 1711.



Digitized by Google

EPISTOLA V. BIERLINGII AD LEIBNITIUM. I. De Henrico Aucupe. II. De tomeamentù. III. De Ifaaco Voflio. IV. De auHere Severatnkurum. I. T Ta efl» ut monei» non adeo multa extare de Henrico Aueupe apud X fcriptoret rerum Germanicarum coxtaneos. Accedit, quod Hiftorit illorum temporum ab hominibus eccledafticis ant raonachis in litteraa re> lata fuerit , qui in enarrandû eis , qoas ad (latum polhicum cognofcen* dum faciuntÿ miré (lcriles funt & négligentes* ut ilia interdum ex vocitius quibufdam obiter & qua(i aliud agendo interfperfli hariolari tantum tt diÿinando a(Tequi cogamur. Contra quz ad augendam audloritatem * honore* & divitüs Cleri pertinent* monalleriorum fundatione** fiéla miracula* liberalitas Principum in Epilcopoi &c. prolixe quidem & ad nau< Team ufque recenfentur * fed ea omnia parum juvare polTunt animum cognofccndarum patriarum antiquitatum cupidum. Ita v.g. de militia vcte* ruaa Francorum & Germanorum* qualis fuerit ante tempora Henrici AutMùy quid ille mutaverit* non niu fragmenta fuperfunt apud hifloricos. Nec (ktiant appetitum * quz affert HAchenbergius in Germania media. Notum ell infiitutum Henrici * quo ordinavit * agrarios milites recenfen* * ut o£lo eorum in agris* nonus verô in urbe moraretur, quem odlo ifti fuflentarent. An omnes ita in urbem recepti ingeniù fuetint ? dubium eil. Affirmai verô Conringius de urbibu* $. 8j. II. Cum torneamenta ante Henricum in u(u fuiflè conjicerem* refpexi ad Nidbardumy ad quem tu quoque, Vir illudris* provocas, qui Carolum fie Ludovicuoty Pii iîlios* Vormatic feculo IX. ludot equefires celebrade mqmorat. Nunc verô ex te difeo, differre ludos equellres feu militâtes * fie halliludia feu torneamenta. Hase omnia ulteriorem dif^idtionem merentur* quam minimè fubterfugerem , modo obtineri pouèt necefiàrius librorum apparatus* quibus nec publica nec privât** bibliothecat heic loci fatit inflrut^ lünt. ■ III. De Ifaaco' ybjfio in vita S. Evremonü p. j8. yp. taie occurrit judicium: » Voici à peu près quel cuit le coTAÜire <flfaac Voffius , que vota m m'avez demandé. Il entendoit prefque CTr. de toute créance. IV. Te quoque, Vir illuflris* a nonnullii pro auâore Severambiorum venditari, proJidit Reimannus in hifl. litter. Tom.V. p. yp. his verbis : ’Andere hingegen haben mich überreden m-oUen , dafs es arm fVehheriihmten G. G. L. fiiiiem Urfprung zu dancken habe, Allatus eft hic liber ad me* podquàm priores ad te dederam. Statim verô fubolui * conjedluram iflam a feopo abire* nec erralTè me* refponfuriae tuae

indicarunt. Porté pluret foetus anuaymi libi obtruduntur , qui alium parentem agnofeunt. Vale* Vir illuflris* fie mihi, prout coepifti* &vere perge. RinteUi d. 17. Febr.i-ji i. • * • DE* Digitized by Google

## EPISTOLA V.

## BIERLINGII AD LEIBNITIUM.

I. *De* Henrico Aucupe. II. *De torneamentis.* III. *De* Iſaaco Voſſio. IV. *De auctore Severambiorum.*

I. ITa eſt, ut mones, non adeo multa extare de *Henrico Aucupe* apud ſcriptores rerum Germanicarum coætaneos. Accedit, quòd Hiſtoria illorum temporum ab hominibus eccleſiaſticis aut monachis in litteras relata fuerit, qui in enarrandis eis, quæ ad ſtatum politicum cognoſcendum faciunt, mirè ſteriles ſunt & negligentes, ut illa interdum ex vocibus quibuſdam obiter & quaſi aliud agendo interſperſis hariolari tantùm & divinando aſſequi cogamur. Contra quæ ad augendam auctoritatem, honores & divitias Cleri pertinent, monaſteriorum fundationes, ficta miracula, liberalitas Principum in Epiſcopos &c. prolixè quidem & ad nauſeam uſque recenſentur, ſed ea omnia parum juvare poſſunt animum cognoſcendarum patriarum antiquitatum cupidum. Ita v. g. de militia veterum Francorum & Germanorum, qualis fuerit ante tempora *Henrici Aucupis*, quid ille mutaverit, non niſi fragmenta ſuperſunt apud hiſtoricos. Nec ſatiant appetitum, quæ affert *Hachenbergius* in Germania media. Notum eſt inſtitutum *Henrici*, quo ordinavit, agrarios milites recenſens, ut octo eorum in agris, nonus verò in urbe moraretur, quem octo iſti ſuſtentarent. An omnes ita in urbem recepti ingenui fuerint? dubium eſt. Affirmat verò *Conringius* de urbibus §. 83.

II. Cum torneamenta ante *Henricum* in uſu fuiſſe conjicerem, reſpexi ad *Nidhardum*, ad quem tu quoque, Vir illuſtris, provocas, qui *Carolum & Ludovicum, Pii* filios, Wormatiæ ſeculo IX. ludos equeſtres celebraſſe memorat. Nunc verò ex te diſco, differre ludos equeſtres ſeu militares, & haſtiludia ſeu torneamenta. Hæc omnia ulteriorem diſquiſitionem merentur, quam minimè ſubterfugerem, modò obtineri poſſet neceſſarius librorum apparatus, quibus nec publica nec privatæ bibliothecæ heic loci ſatis inſtructæ ſunt.

III. De *Iſaaco Voſſio* in vita *S. Evremonii* p. 58. 59. tale occurrit judicium: » *Voici à peu près quel étoit le caractére d'*Iſaac Voſſius, *que vous* » *m'avez demandé. Il entendoit preſque &c. de toute créance.*

IV. Te quoque, Vir illuſtris, a nonnullis pro auctore Severambiorum venditari, prodidit *Reimannus* in hiſt. litter. Tom. V. p. 59. his verbis: *Andere hingegen haben mich überreden wollen, daſs es dem Weltberühmten* G. G. L. *ſeinem Urſprung zu dancken habe.* Allatus eſt hic liber ad me, poſtquàm priores ad te dederam. Statim verò ſubolui, conjecturam iſtam a ſcopo abire, nec erraſſe me, reſponſoriæ tuæ indicarunt. Fortè plures fœtus anonymi tibi obtruduntur, qui alium parentem agnoſcunt. Vale, Vir illuſtris, & mihi, prout cœpiſti, favere perge. *Rintelii d.* 17. *Febr.* 1711.

RE-

Digitized by Google

OPERA PHILOLOGICA. 3«7 RESPONSIO LEIBNITII. •L De digrejjionibus m Seldeno Ù SalmaGo. II. De ufu 'Aftrmomit ^ fhyfieie, Algebrte , Foëfeot & Artis Cràicte. III. De remotifftmis gentium orightibus , mule juetieari queat. IV. De natura Jpirituum. V. De meihoJo exeerperuU, de Verulamio, Poireto Ûc. VI. De Grommaticu euau» de aunoribus cldjjicis. VII. De Barclaio. VIII. De Ciceionû & Platonis diidogis. IX. De auüoribtu mübufddm clajjicü. X. De eloquentict Jludio. XI. De Poëji recentiorum. XII. De Romanifiis. XIII. De ufu Matbefeot. XIV. De Jordano Bruno. XV. De Platone. XVI. De Seneca tf Stoicii. XVII. De Academicorum <if Scepticorum plaçais. XVIII. De Fhilofophia Myjlicx XIX. De Fhilofephia Cartefii. XX. De J..ogica. XXI. De Fhilofophia nasurali. XXII. Elogium Grotii. XXIII. De Pufendorfîo. XXIV. De Bodini libris de republica. XXV. De Pufendorfii laboribus hifloricis. XXVI. De fludio genealogico. XXVII. De hifioria KtterarUe usiliiate. XXVIII. De Kempfero. XXIX. De Henrico Aucupe. XXX. De Ifaaco Vollio Ù S. Evrêmonio. I. Ua lineamenta Methodi Studiorum accepi , 6c pro ii* gratias ago. 1 Legi non tantum libenter , fed 6c utiliter ; difco enim non pauca de librit reccntiot)bu$ , quorum in leétione non fatit fum veriâtus. Prae* terea condlio tuo excitandi languentem juvenem ad retSIa 6c folida curio* fitacem valde applaudo. Plerumque , quz laudai > laude digna cenfeo , interdum tamen hzreo , cùm aliqua reprehendii , veluti digrelliones in Seldeno 6c Salmafio, (p. q.) qualet utinam multas haberemus. II. Curiolà quae appellas, etiam utilia elTe, iple agnofcis, (p. 4.) led ntilitatem non gellant in fronte , 6e ab eo « quod maximè apparet > denominationem uimere voluifli. AAronomia ad navigaiionem 6c ipfam Geographiam conflituendam fummè utilia , imô neceflària eA , Optica ad AAro> nomiam > Algebra ad proferendam vim mentis in interiora > PhyAca ad promovendam Medidnam 6c actes oeconomicas , Poelis ad movendas mentes. Sed hzc fufiicit in republica a paucis coli; ut pauci excellentes pidlotes fulficiuni , cùm multi necedàrii fine Atbri. Immo nec ei (pernendi Aint > qui Codiccs Manuferiptos conferunt , 6c vetera explicant. (p.ij. p. 22. ) nabet 6c iAa Critice fuas utiliiates, quam laudoy etfi faAum quorundam Criticorum non probem. Juvenes plus làtis ad varias eruditionis partes fpernendas proclives funL Hune morbum nollem ali biAoriolis plerumque Âlfis de Viris eruditis, qualis ilia de Salmafio. (p. 22.) Nolim etiam pro defperatis haberi, quz ditficilia funt. (p. y.) III. De remotiffimis gentium originibus aliqund

judicium fieri poteA ex linguatum harmonia « de quo in Mifcellaneis Berolinenlibus dixi. (V. T. )v.) iV. Nat|)iam ^ùituum multo notiorein elle putO) quàm corporum; Utinam Digitized by Google

 utinam tam bene febres nofceremus ! De origine mundi 8c fuluri cognitione tecum fentio. V. Mcthodus excerpcndi ( p. 6. ) optima eft conjicere infigniora in pecuUares fchedas , fubindc digerendas. Meritô f^erulamium magni facimuâ. Etiam oblcutiora ejus habent aliquid in receiTu. Pétri Poireti liber , de Eruditione folida, mihi parum Iblidus vifus: qux fpernit non fpernenday fed fxpe laudanda interdum tamen moderanda font. VI. De Grammaticis plané tecum fentio > pleraque ufu difeendat régulas deinde addenda* ad perfeélionem. Tecum etiam lentio, Liviiim maiuriori aetati refervandum ; cafu tamen (àélum eft , ut primus eflet auélorum veterum > quos puellus legi, nec pœnitet. Nec Lipfium nec Bembum irrideo; natvuli facile vitart poftunt. Neque mihi ineptum videtur, prxlertim in homine Veneto, Senatum patres coiifcriptos Venetias limpliciter urbem appellari. Vli. Barclaü ftylum gralHs adeo incedere aut tumere , non animad» verto : nemo recentiorum feiiciùs Petronium expreftit, fie ignofeendi funt immifti aliqui Gillicifmi, quos jam Scaligerana in Euphtrmione animadvertunt, in quibus malè imprelTus, Bivrdteus pro Burclâio. Sed Argenit maturior fie caftigatior eft, fie mihi non mediocriter fatisfacit. Vcllem multa fie feripta haberemus. Imitator in Lacrymû Veritatis , fie Continuator longé impares apparuere. Bevilaqimm nollem cum Huetio contendiflè. VIII. Geeronù dialogi nefeio an taedioli vocari mereantur. Libros de Divinatione, nuper verfus Gallicè , fcio cum admiradone legilfe magnam Frincipem , quanto magis Latinum prototypon placere débet ! Platonü dia* logi paulo minus accommodati liinr ad genium noftri lêculi. Mihi tamen vix quicquam in illis Ipernitur , adeo multa agnofeo confideratiotie proftindiore digna. IX. Per^icuilatem fie (bliditatem miror defiderari in offidis Geeronù. Comelium Nepotem fie Salujîittm tecum laudo. In Julü Cafarù Gallids roiram negligentiam animadverio. TacUi imitatio difficilior eft, quàm ut fuaderi debeat, fed vellem eftet , qui exprimere poflèt. Me certé mirificè tenet illud fcntentiarum pondus in fplendore verborum , fie , ut fie dicam , PineUrus JhucydiJi miftus. Gramondus infelix imitator eft. Grotius magis accelfit. Tacitum fufpicionibus nimium indulfiflè aliquando, non negarim. Florus non nihil ab Hiftorico ad declamatorem vergit. X. Refié mones cum Grotio, oratoriam artem non eilè rem tyronutn. Utiliter tamen pueri per progymnafmata exercentur. Ita profidt eloquen* tia cum doflrina. Equidem Topicorum (p. 35.) aliquem ufum eftè , agnofeo cum Placeio. Et per cauITirum généra non

inepiè Conringiut etiam de Rebuspublicis difteruit. Etiam fiiere in Ramiftis digna non negligi. Memini , me adolefcentem his adjutum de mateiia quadam feribere, ut legentes amid mirarentur, unde mihi nnmes confiderationes fuppeoITent: eai tnetbodua dederat non plané dilOdeni a Eme*. Re<^ methodus Digitized by Google

utinam tam bene febres noſceremus! De origine mundi & futuri cognitione tecum ſentio.

V. Methodus excerpendi (p. 6.) optima eſt conjicere inſigniora in peculiares ſchedas, ſubinde digerendas. Meritò *Verulamium* magni facimus. Etiam obſcuriora ejus habent aliquid in receſſu. *Petri Poireti* liber, de Eruditione ſolida, mihi parum ſolidus viſus: quæ ſpernit non ſpernenda, ſed ſæpe laudanda interdum tamen moderanda ſunt.

VI. De Grammaticis planè tecum ſentio, pleraque uſu diſcenda, regulæ deinde addendæ ad perfectionem. Tecum etiam ſentio, *Livium* maturiori ætati reſervandum: caſu tamen factum eſt, ut primus eſſet auctorum veterum, quos puellus legi, nec pœnitet. Nec *Lipſium* nec *Bembum* irrideo: nævuli facilè vitari poſſunt. Neque mihi ineptum videtur, præſertim in homine Veneto, Senatum patres conſcriptos Venetias ſimpliciter urbem appellari.

VII. *Barclaii* ſtylum grallis adeo incedere aut tumere, non animadverto: nemo recentiorum feliciùs *Petronium* expreſſit, & ignoſcendi ſunt immiſti aliqui Galliciſmi, quos jam *Scaligerana* in *Euphormione* animadvertunt, in quibus malè impreſſus, *Bardæus* pro *Barclaio*. Sed *Argenis* maturior & caſtigatior eſt, & mihi non mediocriter ſatisfacit. Vellem multa ſic ſcripta haberemus. Imitator in Lacrymis Veritatis, & Continuator longè impares apparuere. *Bevilaquam* nollem cum *Huetio* contendiſſe.

VIII. *Ciceronis* dialogi neſcio an tædioſi vocari mereantur. Libros de Divinatione, nuper verſos Gallicè, ſcio cum admiratione legiſſe magnam Principem, quanto magis Latinum prototypon placere debet! *Platonis* dialogi paulo minùs accommodati ſunt ad genium noſtri ſeculi. Mihi tamen vix quicquam in illis ſpernitur, adeo multa agnoſco conſideratione profundiore digna.

IX. Perſpicuitatem & ſoliditatem miror deſiderari in officiis *Ciceronis*. *Cornelium Nepotem* & *Saluſtium* tecum laudo. In *Julii Cæſaris* Gallicis miram negligentiam animadverto. *Taciti* imitatio difficilior eſt, quàm ut ſuaderi debeat, ſed vellem eſſet, qui exprimere poſſet. Me certè mirificè tenet illud ſententiarum pondus in ſplendore verborum, &, ut ſic dicam, *Pindarus Thucydidi* miſtus. *Gramondus* infelix imitator eſt. *Grotius* magis acceſſit. *Tacitum* ſuſpicionibus nimium indulſiſſe aliquando, non negarim. *Florus* non nihil ab Hiſtorico ad declamatorem vergit.

X. Rectè mones cum *Grotio*, oratoriam artem non eſſe rem tyronum. Utiliter tamen pueri per progymnaſmata exercentur. Ita proficit eloquentia cum doctrina. Equidem Topicorum (p. 35.) aliquem uſum eſſe, agnoſco cum *Placcio*. Et per cauſſarum genera non ineptè *Conringius* etiam de Rebuspublicis diſſeruit. Etiam fuere in Ramiſtis digna non negligi. Memini, me adoleſcentem his adjutum de materia quadam ſcribere, ut legentes amici mirarentur, unde mihi omnes conſiderationes ſuppetiſſent: eas methodus dederat non planè diſſidens a *Ramea*. Rectè methodus

OPERA PHILOLOGICA. 359 methodus vel difpofitiones regulis comparas > ( P- 35‘ ) quibus tremula pueroruin manus dirigitur. Sed mens noflra > etiam cùm pueri eflc defiimus • (êmper tremula elfe folet « nifi meihodo dirigatur. Figuras Rhetoricas redle conceptat deberent aperire fontes argutae di(ilionis > quas in loco adhibita pulchra eft , led nolim in folis alliterationibus confiflat : nec paginas ftylo itifcripiionum ( p. 3Ü. ) impleri probo. XI. In poeli recentiores ad veterum laudes aflurrexerunt , nifi quod nondiim quilquam vel Gallorum vel Italorum Virgilii majeilatem asquavit. U potuiflet Cortwiius , fcriptor Gallus , fi flylum a Tragicis ad Epica vertiifet. XII. Mihi quoque boni Romanifci placent ; fed Arm'miui Lohenftehût non fatis , etfi ex juvenibus non fim > quibus eum dilblicerc fcribis. Si Grotio Romanifci (p-4î-) placuere , ex Grotiano ero Grotianifiimus. XI 11. Maihefeos duplex eft ufus , unus in vita communi , alter ad perfeibonem ariis cogitandi » qua: nufpiam magis > quàm in Mathefi pulchra dit fpecimina fui. Ifaque qui in altinribus meditaiionibus proficere volunt , etiam lubtiliora Mathefeos excolere debent. Scd hoc non nifi ad paucos pertinet , qui ingenii humani pomœria proferre fludent. XIV. JoreLmum Brunum ( p. yo. ) non ob librum de Immenfo , quem habeo , fed alias fententias combuftum puto. XV. De ri.uone non feniio tam contemtim ( p. 57. ) meditationes ejus mihi 8c profundz pafiim 8c utiles videntur. Et habeo Ciceronem non malum judicem mecum fentientem. Non ita piidem didicimus y plus Platotutn in receftd habere y quàm vulgo apparet. XVI. Etiam Sente* Sc Stoicis plurimum faveo. ( p. c8. ) Idem fecit Cixrtef.ui etiam in morali Philofophia , 6c in univerfum Icniio , reilius 8c Utilius difpici , quid in veteribus probandum 8c in ufus noftros transferendum fit , quàm quid reprehendendum. Nemo unquam clarus fuit , in quo non multa laudem mererentur. Video , hodie juvenes hoc morbo Ia> borare palQm , ut de majoribus contemtim loquantur ; credo ignorantix , vel potius negligentiz exeufandae caulTa , ut jure illorum prxceptis carere videantur. Itaque confultum puto « ut prudentia docentium a tam pravo more abducantur. Veriflima eft Stoicorum dodlrina, aftèiRus elle perturbationes , 8c dandam operam , qua licet 1 ut fine perturbatione judicemus. Sed fatendum eft , perturbationes non femper vitari poflè ; 8c tune noftram elïè debere curam fecundariam , ut eas moderemur tanquam in tempeftate. Ideam fapientis perfeéli ( p. 108. ) ut optimae reipublicz proponi , utile eft» etfi nufpiam detur m terris. XVII. Etiam Academicorum 8c Scepticorum placita^multa

cum utilitate expendentur ab eo , qui vera Philofophiz principia conftituere volet. Multa enim veriflîmè de l'cnfibilium infubfiftentia , quz phznomenis magis , ( lêd legiiimis ) quàm rébus accenferi raerentur. (p. 71. ) Non omnis cognitionis fûndamentum funt fenliis : veritates necellàriz a fenfibus non docentur. • K A a a XVllI. Phi

methodus vel diſpoſitiones regulis comparas, (p. 35.) quibus tremula puerorum manus dirigitur. Sed mens noſtra, etiam cùm pueri eſſe deſiimus, ſemper tremula eſſe ſolet, niſi methodo dirigatur. Figuræ Rhetoricæ rectè conceptæ deberent aperire fontes argutæ dictionis, quæ in loco adhibita pulchra eſt, ſed nolim in ſolis alliterationibus conſiſtat: nec paginas ſtylo inſcriptionum (p. 38.) impleri probo.

XI. In poëſi recentiores ad veterum laudes aſſurrexerunt, niſi quod nondum quiſquam vel Gallorum vel Italorum *Virgilii* majeſtatem æquavit. Id potuiſſet *Cornelius*, ſcriptor Gallus, ſi ſtylum a Tragicis ad Epica vertiſſet.

XII. Mihi quoque boni Romaniſci placent; ſed *Arminius Lohenſteinii* non ſatis, etſi ex juvenibus non ſim, quibus eum diſplicere ſcribis. Si *Grotio* Romaniſci (p. 45.) placuere, ex Grotiano ero Grotianiſſimus.

XIII. Matheſeos duplex eſt uſus, unus in vita communi, alter ad perfectionem artis cogitandi, quæ nuſpiam magis, quàm in Matheſi pulchra dat ſpecimina ſui. Itaque qui in altioribus meditationibus proficere volunt, etiam ſubtiliora Matheſeos excolere debent. Sed hoc non niſi ad paucos pertinet, qui ingenii humani pomœria proferre ſtudent.

XIV. *Jordanum Brunum* (p. 50.) non ob librum de Immenſo, quem habeo, ſed alias ſententias combuſtum puto.

XV. De *Platone* non ſentio tam contemtim (p. 57.) meditationes ejus mihi & profundæ paſſim & utiles videntur. Et habeo *Ciceronem* non malum judicem mecum ſentientem. Non ita pridem didicimus, plus *Platonem* in receſſu habere, quàm vulgo apparet.

XVI. Etiam *Senecæ* & Stoicis plurimum faveo. (p. 58.) Idem fecit *Carteſius* etiam in morali Philoſophia, & in univerſum ſentio, rectius & utilius diſpici, quid in veteribus probandum & in uſus noſtros transferendum ſit, quàm quid reprehendendum. Nemo unquam clarus fuit, in quo non multa laudem mererentur. Video, hodie juvenes hoc morbo laborare paſſim, ut de majoribus contemtim loquantur; credo ignorantiæ, vel potius negligentiæ excuſandæ cauſſa, ut jure illorum præceptis carere videantur. Itaque conſultum puto, ut prudentia docentium a tam pravo more abducantur. Veriſſima eſt Stoicorum doctrina, affectus eſſe perturbationes, & dandam operam, qua licet, ut ſine perturbatione judicemus. Sed fatendum eſt, perturbationes non ſemper vitari poſſe; & tunc noſtram eſſe debere curam ſecundariam, ut eas moderemur tanquam in tempeſtate. Ideam ſapientis perfecti (p. 108.) ut optimæ reipublicæ proponi, utile eſt, etſi nuſpiam detur in terris.

XVII. Etiam Academicorum & Scepticorum placita multa cum utilitate expendentur ab eo, qui vera Philoſophiæ principia conſtituere volet. Multa enim veriſſimè de ſenſibilium inſubſiſtentia, quæ phænomenis magis, (ſed legitimis) quàm rebus accenſeri merentur. (p. 71.) Non omnis cognitionis fundamentum ſunt ſenſus: veritates neceſſariæ a ſenſibus non docentur.

170 G. G. L E I B N I T I 1 XVIII. Philofophia etûm MyfUca , ( p. 62.) ut Platam & Fythvor»^ habet ufus fuos t ut Theoiogia MylHca apud no« • inTervkque animû fortiùt movendis. Maxima apud me PythagorM exiflimatio eft , & pacum abeft > 2uin ceterit veteribus Philofophu potiorem aedam , quum ôc Mathefm fie ientiam incorporalium propemodum fundarit , hivento hecatomba digno , fie prxclaro illo dogmaie , quod omnea anima; (int inextindlae. Epiftolaa nnucuas ffippocratü fie Dtmoaui ( p. 6j. ) pro ruppolititiû habeo , ut aliat hujufmodi. XIX, Cartefuu etfi fuam hypothefin per jocum appellavic Romanifeum * f p. 66. ) veram tamen credidit ; fie fatendum eft , ( p. 8a. ) veram fore « £ ptuenomenis ubique refponderet. Bailleitu eum nttnium extuiit , Danieliut nimium irriflt , uterque non fatis intellexit. CarteHana Philolbphia jam minus florec , quàm ante hot }0. annos : nam ubi experimeniis incumbi coepit f apparuic , plurima in principiit ejus tradiia flare non poflè. Et hodie eo ret devenit , ut mulca in Philofophia (int extra dubitationis aleatn collocata , ^use antea agitabantur , fed id paucis exploratum efi » cùtn paud in intenoribua (Int verlàti , prarfertim illi , qui Ededlid habentur. Itaque non aflrotior , quod ais » nullas in rebus Phyficis quaerendas demondrationes t ( p. 8). ) ni(i hoc Politico , quem informas , didum velii- Huic expérimenta fuffidunt. Si pergit genus humanum , quo cœpit gradu > mirabitur aliquando non expedatas opes. Pojl (Jiquot , mea régna vUens « mirabor arijlas. Subflantias fil elTentias rerum plané a nobis ignorari , haud admitto , fie minus adhuc conceptus omnes de rebus fpiritualibus obfcuros eflè ( p. 72. 73. ) aut anima; noflrae naturam nos laiere 1 ( p. 84. ^ quin Cartefio alfentior « notiora eilè fpirituum y ( p. ÿO. ) quàm corporum interiora. Materic divifibilicatem in infînitum qui non agnofdty vera Philofophûe piindpia condituere non poted. Non habemui infiniti ex partibus compofiti ideam , lêd habemus ideam abfoluti ; ideami inquamy non imaginem. Fidio, quod fenfibilia fint fumnia (p.74>) ufum habet ad phxnomena a rebus difbnguenda , prindpiaque fie criteria condituenda. < XX. Logids y quot laudas ( p. 7p. ) Logicam Hamburgenfèm JungA addercm* Viri dimmi. Lockius miÛ non (àti^fadt. Logicas Juridicas y id ed Logiese ad Jurifprudeniiam applicationes y egregias habemus. Syllogifmum minime conferre ad inveniendam veritatem y ( p. 77. ) haud admilèrim y experientia aliud edodus non minus quàm ratione. XXI. EfTedus probè cognitus etiam docet y qualis (it caufà. (p. 82.) Matetiam animo a vi abdradam y fie in fola extenfiofle fie antitypia collocaiam y elTe

ens nrerè padivum y ( fed fie incompletum ) patet ; cui cotnplendo vim a Deo impreilàm y feu entelechiam acce tere nil prohiber imfi necelTe ed. (p. 83.) Vortices y quales Cartefuu àedM , dare non poflunt. Spiiiius eflè nullibi y non di»ero y cùm nullos creatot edè cenleam y qui Qoa dot indai aninue oodic corpore orgaoico ptaediti. Fateory in Phydea fpeculi Digitized by Google

XVIII. Philoſophia etiam Myſtica, (p. 62.) ut *Platonis* & *Pythagoræ*, habet uſus ſuos, ut Theologia Myſtica apud nos, inſervitque animis fortiùs movendis. Maxima apud me *Pythagoræ* exiſtimatio eſt, & parum abeſt, quin ceteris veteribus Philoſophis potiorem credam, quum & Matheſin & ſcientiam incorporalium propemodum fundarit, invento hecatomba digno, & præclaro illo dogmate, quod omnes animæ ſint inextinctæ. Epiſtolas mutuas *Hippocratis* & *Democriti* (p. 63.) pro ſuppoſititiis habeo, ut alias hujuſmodi.

XIX. *Carteſius* etſi ſuam hypotheſin per jocum appellavit Romaniſcum, (p. 66.) veram tamen credidit; & fatendum eſt, (p. 82.) veram fore, ſi phænomenis ubique reſponderet. *Bailletus* eum nimium extulit, *Danielius* nimium irriſit, uterque non ſatis intellexit. Carteſiana Philoſophia jam minùs floret, quàm ante hos 30. annos: nam ubi experimentis incumbi cœpit, apparuit, plurima in principiis ejus tradita ſtare non poſſe. Et hodie eo res devenit, ut multa in Philoſophia ſint extra dubitationis aleam collocata, quæ antea agitabantur, ſed id paucis exploratum eſt, cùm pauci in interioribus ſint verſati, præſertim illi, qui Eclectici habentur. Itaque non aſſentior, quod ais, nullas in rebus Phyſicis quærendas demonſtrationes, (p. 83.) niſi hoc Politico, quem informas, dictum velis. Huic experimenta ſufficiunt. Si pergit genus humanum, quo cœpit gradu, mirabitur aliquando non expectatas opes.

*Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor ariſtas.* Subſtantias & eſſentias rerum planè a nobis ignorari, haud admitto, & minus adhuc conceptus omnes de rebus ſpiritualibus obſcuros eſſe (p. 72. 73.) aut animæ noſtræ naturam nos latere, (p. 84.) quin *Carteſio* aſſentior, notiora eſſe ſpirituum, (p. 90.) quàm corporum interiora. Materiæ diviſibilitatem in infinitum qui non agnoſcit, vera Philoſophiæ principia conſtituere non poteſt. Non habemus infiniti ex partibus compoſiti ideam, ſed habemus ideam abſoluti; ideam, inquam, non imaginem. Fictio, quòd ſenſibilia ſint ſomnia (p. 74.) uſum habet ad phænomena a rebus diſtinguenda, principiaque & criteria conſtituenda.

XX. Logicis, quos laudas (p. 79.) Logicam Hamburgenſem *Jungii* adderem, Viri ſummi. *Lockius* mihi non ſatisfacit. Logicas Juridicas, id eſt Logicæ ad Juriſprudentiam applicationes, egregias habemus. Syllogiſmum minimè conferre ad inveniendam veritatem, (p. 77.) haud admiſerim, experientia aliud edoctus non minùs quàm ratione.

XXI. Effectus probè cognitus etiam docet, qualis ſit cauſa. (p. 82.) Materiam animo a vi abſtractam, & in ſola extenſione & antitypia collocatam, eſſe ens merè paſſivum, (ſed & incompletum) patet; cui complendo vim a Deo impreſſam, ſeu entelechiam accedere nil prohibet imò neceſſe eſt. (p. 83.) Vortices, quales *Carteſius* dedit, ſtare non poſſunt. Spiritus eſſe nullibi, non dixero, cùm nullos creatos eſſe cenſeam, qui non ſint inſtar animæ noſtræ corpore organico præditi. Fateor, in Phyſica ſpeciali

Digitized by Google

OPERA PHILOLOGICA. 371 IpectalS nos adbuc infancei eflè 1 fed non tniruin > quum a paucis demum annts eam re£lè traéUre coeperimus. Ceteruro non eft 1 cur metuatur , ne nimium naturam intelligamus- Quo magii cognofcemua t miniu abutemur. (p. 8j.) IlUcitas artet fetè ab ignaris curantur. Reâè ait contra Cartefianos , ( p. 85. ) faciliùs nofci fines , qu^ cauiTai. PlaAicis naturis ( p. 87. ) a Mechanifino <fiflin£fis non cgemus. Generatio tanten animaliutn Mechanica (p. 88..) non poflèt locum habere , nifi przcederet pracfonnatia divina in initiis rerum. Amplatn bibliothecam ( p. yo. ) nu^iam magit luilein judico , quim in Phyficit & Médias < ut alioruin obfervatioiübut fruamur. Utinatn bona earum répertoria baberemi^ ! XXII. Meo jüdicio te£tè Grotius (p. loa. ) doorinam Scholaflicorum de Lege Uei zterna cum principio focialitaiis conjunxit. Studiofi , a quibua Grotius non fine txdio legitur , nialè inibiinati funt. Me juvene non erat fie. Qui Grotium ad negotia flatus partun aptum fuiilè aediderunt , decepâ fiint a quibufdam malevolis. Aéla ejus aliud damant. XXIII. Pi^enJorfius ( p. loy. ) in quibufdam Hobbefianarum opiraonum retentior fine , quàm par erat. l^m enim illud dogtna de necelliute uniua perfonae civil» cunda gubernantis admifit , noflram Rempublicam , aliatque multas , pro monftris babuit. Quat ( p. 111.) habes» valde laudo « ut alia pafTim. XXIV. BoJmi libros de Republica ( p. 1 14. ) ego quoque mami zflimo. Redè ( p. 1 16. ) nos magis infbrtunii , quàm fortunat fabros elle. Verum efi t Momjmbanum jullù Caroli LMdoviei Eledoris Teriptum. Ego tune tn vidnia agebam. Domiiü Cocceü dodtinam de origmibut noflri Jurit publia non fatis admitto. Nec quod ex Mortxjmhmo refertur , ( p. 121. ) extinda &nilia Carolina , Prindpes territoria novo eledo Régi in feudum obtuliflè. XXV. Fatendum > utilillimot eilè PufrtuJotfii laboret^iûoricos , etfi làrpe cefpitaverit , fehedat uniut partis feouutus , cùm non rara iplîe miniflrorum relationes ad dominos erroribus laix>rent > quos diet detegit. Multa ïiint in Vaffore ( p. 134.) laudedigna» fed magis laudandus foret» fi eflèt in judicando moderatior. XXVI. In familiarum originibus (p. 137.) difiinguenda client incerta a minus certit » ope monumentorum » quod nondum fecere Spestertu & Imhofùts. XXVII. Utilis efi Hifioria litteraria» (p. 138. ) lêd hodie multi in ea nhnis occupantur » cum detrimento cognirionis rerum. BasBeius diligent fiiic & dodus , fed morofus nimis , nec Utis perhut judex , quod Mnuviiu bene oflendh. ( p. 144. ) Evrmotûi Narrationibut ( p. 145. ) fcio non lemper credendum.

